EX LIBRIS
LEONIS S. OLSCHKI
Bibliopolae Veneti
N°
Scrin.

N657689

Library
of the
University of Toronto

2457
72

BERNARDINI TELESII CONSENTINI

DE NATVRA IVXTA PROPRIA PRINCIPIA LIBER PRIMVS, ET SECVNDVS.

QVIBVS,



ROMAE:

Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem:
Anno. M. D. LXV.

PROAEMIVM.

NVLLI, *quod mihi contigit, eueniſſe vnq̃; reor, vt qui mortalium omnium minimè ambitioſus, & minimè gloriæ appetens, animoq; maximè remiſſo, & ſi quis alius vnq̃;, vnius cognitionis gratia, nullius amplius rei, philoſophiæ ſtudijs vacarim, omnium ambitioſiſſimus videri queam, tumidiſſimusq;, & vel honores, vel etiam diuitias aucupari; qui non contentus* Ariſtotelis *doctrina, quem tot iam ſæcula numinis inſtar hominum genus vniuerſum veneratur, & veluti à* Deo *ipſo edoctum, &* Dei *ipſius interpretem, ſumma audit cum admiratione, & cum religione etiam ſumma, nouam ipſe inuehere tentem. ſed qui noſtra perleget, facile is, quod re vera eſt, intelliget ſpero, non alterius rei cupiditate ab* Ariſtotele *me deſciuiſſe, quem & ipſe nullo fortè minus multos annos colui, ſuſpexiq;, ſed veritatis tantùm gratia, & ipſum in hoc ſequutus* Ariſtotelem, *veritatem rebus omnibus præhonorandam prædicantem, & veritatis gratia amicum etiam, præceptoremq; ſuum incuſare nihil verentem.* Non *ſiquidem minima quædam, aut abſtruſa, occultaq; prauè* Ariſtotelem *docentem, & quorum ægrè cognitio haberi queat, culpantem me videbunt, ſed in vniuerſo ferè naturali negotio ſenſui, & ſibi ipſi repugnantem, in pleriſq; igitur non à nobis primùm oppugnatum, damnatumq;, ſed iamdiu & ab alijs longè plurimis, longèq; clariſſimis viris, & à ſuorum etiam multis, & longè præſtantiſſimis, & à nullo defenſum ſatis, vt niſi vel laborem, aliam indagandi viam pertæſi homines forent, vel veluti præſtigijs capti, uel, quod de multis ſuſpicari etiam licet, non ſapientiæ gratia, ſed ſe ipſos oſtētandi, venditandiq; philoſopati, contenti igitur* Ariſtotelis, *vel* Platonis *verba, ſententiasq; proferre, &* Ariſtotelis *præſertim nominis fulgore mortalium oculorum aciem p̄ſtringere, non igitur ratione vlla, nec, quod magis etiam oportebat, ſenſu vllo propria dogmata firmantes, at ſola* Ariſtotelis *auctoritate, tam diu defeciſſent ab homine reor omnes, & nouam hinc, ſenſum ſequuti, indagaſſent viã, quæ ſeſe omnibus manifeſtaſſet, & multò quàm nobis promptius, acutiore præditis ingenio, & quibus ab ineunte ætate in magno ocio philoſophiæ vacare licuit; nam nobis, craſſiore, tardioreq;, vt ingenuè fateamur, datis ingenio, non niſi inclinata iam ætate id facere permiſſum eſt, neq; extremum hoc, nec diuturnum vitæ tempus liberè, nulloq; impedimento, ſed plurimis, moleſtiſſimisq; implicitis occupationibus, in maximas anguſtias inaudito illorum ſcelere coniectis, à quibus ſummè amari nos, coliq;, & foueri oportebat maximè.* At, *vt dictum eſt, vnius ſapientiæ gratia philoſophantes, nequaquàm* Ariſtotelis *dictis, vbi rebus non conſentirent acquieſcere potentes, quæ præſertim ſibi ipſis diſſentirent, ſuos itaq; perpetuò interſe di*

ſceptantes, digladianteſq́; intuentes, & longè diuerſiſſimis delatos uijs, at quibus omnibus ipſum ſequi videantur Ariſtotelem. Nullam certè rem, quam tractarent, in aperto, & veluti in luce ponerent, & ſenſui offerrent, quod oportebat maximè, ſenſiles edocentia res, ſed rationes tantùm continentia, quæ veluti mentem ligarent, repugnare illis ignarã, at aſſentiri nolentẽ, nequaquàm ſenſui conſentientes, quales eſſe oportere, quæ ueritatem continent, ipſe inprimis admonet Ariſtoteles. Et neq; propterea tot ſua tenebris occultantem illum exiſtimare potentes, quò, vt ſuis placet, ignauos deterreret, quibus nimirum pulcherimarum rerum inuideret cognitionem, non eadem omnia obuoluentem caligine videntes, at obſcuriora, abſtruſioraq́; quæ ſunt, quæ igitur illuſtranda, aperiendaq; eſſent maximè, adeò profunda, vt linceus nullus ſuperare, & peruadere illam queat, aperta màgis, & quæ penitus innotuiſſe viſa ſunt, nulla plerunq;, valdè exili interdum, vt ſuſpicari liceat, propterea id eſſe ab eo factum, vt ne ſui penitus diſſimilis in diſſimilium traditione viſus, non æquè omnium ſciens videri queat, eſt & quæ in nimia ponere velit luce, vt ſuis etiam ambitioſius circa quædam reuolui videatur, ſua oſtentans, & pluribus quàm opus eſt firmans illa rationibus. Tum neq; ignauis modò ſua inuidiſſe Ariſtotelem intuentes, ſed ſummè etiam ſtrenuis, & ſummè induſtrijs viris, tot iam igitur ſæcula, tot non inquam viri, ſed nationes illius ſcripta perſcrutatæ, rimatæq;, nulla ferè in re, quæ fuerit hominis ſententia inſpicere potuere, digladiantur itaq;, vt dictũ eſt, interſe Peripatetici omnes, non in duas diuiſi partes, ſed in longè plurimas, & nullus illius dicta explicans reliquis placet, adſunt qui nullum è tot interpretum milibus non damnent, & ne Græcos quidem ipſos, ipſumq́; Aphrodiſeum Ariſtotelis mentem latuiſſe nõ contendant. & non hoc modò, ſed nullum ſibi ipſi in Ariſtotelis ſcriptis explicandis ſatis placentem videntes, & propriæ expoſitioni omnino acquieſcentem, quam nimirũ nullus anguſtijs omnibus liberam, & vel alijs Ariſtotelis dictis, vel rebus etiam ipſis non repugnantem videre queat, ſed perpetuò anxios omnes intuentes, hærenteſq́;, & quot uis ſolutis nodis, ab alijs tamen retentos. Nequaquàm igitur id voluiſſe Ariſtotelem ſuſpicantes, ignauos nimirum, & cæcutientes homines à ſuis repellere, tenebris illa obuoluentẽ, & veluti ſpinis ſepientem, qui nulli innotuit vnq̃;, & neq; innoteſcere poſſe vlli videtur, ſed vel æquè omnibus rerum cognitionem inuidiſſe, quo nihil inhumanum, impium nihil fieri queat magis, & nihil ab Ariſtotelis etiam ingenio alienum magis, propria bona, propriamq́; pulchritudinem nequaquàm obtegentis vnq̃;, neq́; hominum exiſtimationem contemnentis, at ſummè etiam illam ambientis, qui igitur ſi rerum cauſas, & res ipſas inſpexiſſet omnes, libens reor illas hominibus patefeciſſet omnibus, vt ſummè illum amarent, & colerent etiam omnes, ſolum rerum naturam intuitum, & manifeſtantem ipſam omnibus, vel quod veriſimile ſit magis, nequaquàm proprijs poſitionibus contentum, & nequaq̃; illis confiſum, ſedulò, quod alijs faciendum præceperat, feciſſe, quæ

ſcilicet

ſcilicet non penitus innotuerant, ſummis illa obuoluiſſe tenebris. id volentem omnino, non ignota nimirum ſibi illa fuiſſe homines ſuſpicari, ſed abſtruſiora, quàm quæ omnibus innoteſcere, & manifeſtari queant omnibus, ſe ipſos igitur damnare omnes, illum admirari ſemper. Hæc ſuſpicantes, & nequaquàm quod prius feceramus, Dei ore loqutum fuiſſe Ariſtotelem amplius iudicantes, potuiſſe itaq; & ipſum errare, & in multis omnino erraſſe illum, & in maximi momenti rebus Galenum adeò apertè demonſtrantem videntes, vt qui vlterius Ariſtotelis ſententiam tueri in illis velit, non peruicax modo, & poſitionis tenax, ſed ſtupidus etiam videri queat, omiſſis Ariſtotelis decretis, placitisq;, diu multumq; rerum naturam, & ipſas intuiti res, alio & quæ prima Ariſtoteli videntur corpora, & reliqua ferè omnia, ſeſe habere conſpeximus, quàm quo ab Ariſtotele poſita erant pacto; & illud itaq; neceſſariò eſt viſum, vel non ab illis principijs prima conſtitui corpora, vel non ab omnibus. A calore porrò, & frigore omnia fieri intuiti, nequaquàm in hoc ab illo diſſentire viſum fuit, in eo igitur quod reliquum erat, non ſcilicet ab humiditate itidem, & ſiccitate, vt agentibus cauſis, quas præſertim non ſe ipſas generare, conſtituereq;, nec ſe ipſas mutuò corrumpere, ſed à calore, & frigore fieri, corrumpiq;, & videbamus ipſi, & alibi Ariſtotelem edocentem audiebamus, & illud itaq; inſuper neceſſariò, duo nimirum prima eſſe ſimpliciaq; corpora, & cælum ex ijs alterum, omnia è cæli in terram actione conſtitui videntes, & ſummè rebus omnibus terræ oppoſitum cælum, & nequaquàm neceſſariam, & neq; firmam Ariſtotelis rationem intuentes, qua cælo calorem abnegat, ſed mille labefactari aptam modis; tum & pacto nullo calorem à cæli motu, quo Ariſtoteli placet pacto, fieri poſſe videntes. His poſitis, firmatisq;, mirũ quàm nullo ferè tẽporis momento, quàm nullo negotio, nulloq; labore, et rerũ aliarũ omniũ, & animæ ipſius ſubſtantia, atq; operatio innotuerit, multos iam annos, & laboribus vigilijsq; multis quæſita in Ariſtotelis libris, & inuenta nunq;, ipſa ſeſe vltro conſpiciendã nobis obtulit anima, & ſua manifeſtauit omnia & effectuũ inſuper aliorũ omniũ cauſa, ijs poſitis principijs, viſa eſt aſſignari poſſe pulcherrimè, quæ in Ariſtotelis doctrina perrarò conſpecta eſt ſatis. Quod igitur nũq; in animũ induxerã prius, nihil à me monumentis dignũ inueſtigari poſſe credens, cogitationes & ipſe meas litteris mandare conſtitui, nefas putans, veritatẽ, quæ inuenta viſa fuerat, abdi, cælariq;, multo igitur labore iam inde à pueritia intermiſſum ſcribendi munus repetitũ eſt, & integrũ naturale negotiũ conſcriptũ, & ad ea deuentũ particularia, quæ nec attigere antiquiores, et neq; attingere, reor, ſperarũt vnquã, nusq; à poſitis, ne transuerſũ quod aiunt vnguẽ, diſcedẽti principijs, & nihil aſſerẽti vnq;, quod non neceſſariò à principiis manet, fluatq;, At neq; adhuc mihi confiſus, cui, vt dictum eſt, extremum modò vitæ tẽpus philoſophari

licuit, & nequaquàm in magno ocio, magnaq; animi tranquillitate, neq; in publicis incliſtiſq; Italiæ Academijs à præſtante aliquo viro edoceri, ſed in magnis plerunq; ſolitudinibus, moleſtiſſimis oppreſſo impedimentis, Græcorum monumenta euoluere, latina non ſatis percipienti, ignotis referta vocibus, facilè igitur ſuſpicari, vereriq; potenti, & re vera ſuſpicanti interdum, verentiq; deceptum me, neq; enim fieri poſſe, vt tot præſtantiſſimi viri, tot nationes, atq; adeò humanum genus vniuerſum, tot iam ſæcula Ariſtotelem coluerit, in tot errantem, tantiſq;. Madium Brixianum adire, & conſulere viſum eſt, quem & in philoſophia excellere videbamus, & cuius mihi iamdiu animi ingenuitas innotuerat, vt ſi à præſtantiſſimo viro cogitationes meæ non improbatæ forent, nequaquàm ſupprimerentur illæ, ſin minus, errores intuitus meos, quod reliquum vitæ eſſet, & ipſe Ariſtotelem ſuſpicerem, venerarerq;; Brixiam itaq; ad Madium profectus, & itineris mei expoſita ratione, nequaquàm ille, quod multi fecerant, & quod factum & illum minitati fuerant, inauditum reiecit, at ſumma diligentia plures dies, quibus apud illum fui, & ſumma cum animi tranquillitate & audijt, & perpendit omnia; principia nihil improbauit, &, quod non è principijs flueret, videre nihil potuit, Ariſtotelem in nullis certè ſatis defendere eſt viſus; damnauit etiam illum prima conſtituentem corpora, nequaquàm res ipſas intuitum tot illum, taliaq; poſuiſſe affirmans, at proprias ſequutum poſitiones, neq; igitur talia eſſe illa, qualia Ariſtoteli ponuntur, & ipſius poſitiones ab innumeris, ijsq; inexplicabilibus excipi difficultatibus, quas à ſuis deſcriptas, oſtendi nobis curauit, vir videlicet genere quidem nobiliſſimus, at multò animo magis, & nihil niſi ipſam colens, ſuſpicienſq; veritatem, nihil, quem ipſe interpretabatur, cui igitur veluti iuramento obſtrictus videri poterat, veritus Ariſtotelem, quin, vbi, parum placeret, oppugnaret illum, & damnaret etiam defendi impotentem. nihil itaq; ab illo audiens, quod vel noſtra labefactaret, vel quod Ariſtotelis poſitiones à nobis oppugnatas, tueretur, ſtabiliretq;, & neq; ab alijs vllis, quibus cum multis Romæ & eximijs quidem viris communicare, vel diſſerere illa licuit, & à multis, vt mea æderem impulſus, nihil id facere amplius veritus ſum. At à multis reiectus impedimentis, quæ me uſq; adeò retardant, vt quod Mathematicorum affirmant multi, ſuſpicari interdum liceat, quæ nimirum haud contemnenda bona, benigna nobis pollicentur sydera, retardari à maligno, quæ non intercipiuntur omnia, nec comentarios reliquos ædere licuit, nec integrum de natura opus, ſed primos tantùm libros, eosq; non ſatis perpolitos, at tales etiam ædere viſum eſt, vt quid de illis ſentiant homines videam, & quæ etiam obijciant, iterum & reliquos, & hos etiã politiores æditurus, ſi nihil, quod noſtra labefactet, obiectum fuerit. neq; enim ſi hi ſteterint libri, & fundamenta in ijs poſita, ne ſtent reliqua omnia, verendum eſt quicquam, his innixa omnia, ſi ruerint hæc, nihil opus eſt alia ædi, ex his fluentia, manantiaq;, vt ſi etiam perpolita eſſent omnia, ædenda haud videantur tamen. Reliquum eſt, vt omnes

orem

orem, atq; obteſter, qui mea legere non grauabuntur, ne inimico hæc inſpiciant animo, ne ue vt reiecturi qualiacunq; ſint, veluti iuramento Ariſtoteli obſtricti, ſed amplexuri, ſi arriſerint, vt veritatis amantes decet, & illam ſectantes ſolam, tum ne curſim vt legãt, & veluti vorent, ſed perpendant ſingula, & illud inprimis, num quæ cælo calorem dã tes, & cælum, terramq; prima ponentes corpora, & è cœli in terram actione cætera ge nerantes omnia, & cæli motus cauſam exponentes, quæ omnia in primo poſita ſunt, ex= plicataq; comentario, rectè ſolutæ ſint, quæ nos excipere videntur difficultates, & num ijs, quæ ſenſu percipiuntur dicta noſtra conſentiant omnia, tum quæ hæc facientem pre= munt Ariſtotelem anguſtiæ in ſecundo expoſitas commentario, ſic enim viſum eſt, noſtra prius ponere, tum aliena refellere, prius videlicet, quo res conſtitutæ videantur pacto, edocere, tum alio eſſe non poſſe declarare; Hoc qui fecerit, rectè is iuditium de vtriſq; ferre poſſe videtur, qui enim minora ſubierit incomoda, is veritatis proximior videri debet, at nondum tamen veritatem adeptus, quæ nullas patitur anguſtias, difficultates nul las, nec ſibi diſſentit vnq̃, ſed penitus ſibi ipſi cohæret, & vna efficitur omnis, tum vel ignauiſſimis craſiſſimiſq; hominibus aperit, manifeſtatq; quæuis omnia, omnia ſenſui ex= ponẽs apertiſſimè; huiuſmodi nulli reor Ariſtotelica videri queant, noſtra ne ſint, ij rectè iudicabunt, qui illa, quod Ariſtoteles faciendum præcæpit, non vt aduerſarij, ſed vt iu= dices, arbitriq; legerint, conſiderauerintq;, religione, qua erga Ariſtotelem obſtricti videntur, exoluti, & tantiſper illius poſitionum, decretorumq; obliti. Si qui noſtra op= pugnare voluerint, id illos inſuper rogatos velim, ne mecum, vt cum Ariſtotelico, verba faciant, ſed vt cum Ariſtotelis aduerſario, neq; igitur ſeſe illius tueantur poſitionibus, dictiſq; vllis, at ſenſu tantùm, & rationibus ab ipſo habitis ſenſu, quibus ſolis in naturali bus habenda videtur fides, tum nec vt nobis notas illius afferant diſtinctiones, termi= noſq;, quas ingenuè fateor percipere me nunq̃ ſatis potuiſſe, propterea reor, quod non ſenſui expoſitas, nec huiuſmodi ſimiles continent res, ſed ſummè à ſenſu remotas, & ab his etiam, quæ percæpit ſenſus, quales, tardiore qui ſunt, craſſioreq; ingenio, cuiuſmodi mihi ipſi & nulla animi moleſtia eſſe videor, percipere haud queant, quæ igitur contra nos afferent, exponant oportet, & veluti in luce ponant, tarditatis meæ ſi libet commiſerti, & rebus agant, non ignotis vocibus, quæ niſi res contineant, vanæ ſint, inaneſq;; illud pro certo habere omnes volumus, nequaquàm peruicaci nos eſſe ingenio, aut non vnius amato res veritatis, & libenter itaq; errores noſtros animaduerſuros, & ſummas illi gratias ha bituros, qui, quam ſolam quærimus, colimuſq;, patefecerit veritatem.

BERNARDINI TELESII CONSENTINI de natura iuxta propria principia

LIBER PRIMVS.

BERNARDINVS *Conſentinus hæc cogitabat; Entia lõgè ĩterſe diuerſiſſima, lõgèq́; apparent diſſimillima: at quæ in ſeſe mutuò agẽtia, et mutuò à ſe ipſis patientia, mutuò in ſe ipſa inuertãtur omnia; talia autem quæ ſunt, contraria dicuntur, contraria itaq́; interſe apparent entia. at neq́; penitus contraria tamen, neq́; enim à contrario contrarium ſuſcipiatur, ſeruetúrq́;, ſed ab altero uſquequaq́; interimitur, corrumpitúrq́; alterum, id itaq́; ſupereſſe uidetur, è ſubiecto nimirum eodem, & materia eadẽ conſtituta ut ſint entia, at à contrarijs agẽtibus principijs, naturisq́;, quæ propterea perpetuò pugnant, et decertant inter ſe, ſeſéq́; mutuò deturbant, depelluntq́; quòd eſſe, conſeruari igitur, & ſeſe amplificare appetunt; eſſe autem absq́; ſubiecto non poſſunt, at neq́; ſimul eſſe, longiſſimè ipſorum dſſidente natura, cui itaq́; non idem proprium conueniat, proximumq́; ſubiectum, ſed longè illud appetat diuerſiſſimum, & longè diuerſiſſimo diſponat, afficiatq́; modo, quæ itaq́; de ſubiecto non contendunt, quæ ſcilicet uel idem non appetũt, uel in eodem ſimul eſſe poſſunt, nullam pugnandi, & ſeſe inetrimendi habentia occaſionem, nihil inter ſe pugnant, decertantq́; nihil, & neq́; inimica omnino ſunt, ueluti neq́; homines nõ idem appetentes; de ſubiecto itaq́; agẽtium* Naturarum *pugna, et decertatio, alteraq́;*

ſuperante depellitur, & interimitur altera. Id ſcilicet agit agens quod cunq́;, materiã nimirum, & ſubiectum in quod agit, occupare; & alterũ ſe ipſum generare in illo, & cõſtituere contendit, depulſo inde eo, interemptoq́;, à quo occupatum erat, quodcunq́; igitur immutatur, & quodcunq́; corrumpitur, in id immutatur, & in id corrumpitur, à quo patitur, & à quo corrumpitur, ſuperantis uidelicet, interimentisq́; naturæ ſubiectum id fit, è quo contrarium eiecit, non temerè nullaq́; occaſione, at ob id illud deturbans, ut eo patiatur ſubiecto.

Cap. 2. Tria igitur apparent rerum principia, Materia quæ pati uidetur, quia uarias diſpoſitiones, et uarias ſuſcipit formas, tum contraria quæ agunt, & ſuſcipiuntur. Meteria porrò unica, & contraria non plura duobus, ſatis enim materia una, è qua fiant omnia, & contraria duo agere, et conſtituere ſatis omnia. At neque in omnia inuertantur omnia, niſi ab unica omnia effecta ſint, conſtitutaq́; oppoſitione, non ſiquidem ab alio pati, immutariue, aut in aliud uerti poteſt quicquam, ſed à contrario tantùm, atq́; in contrarium, nec plura uni contraria. In una præterea natura, & genere uno, unica tantùm Ariſtotelis teſtimonio, prima eſt oppoſitio, & neq́; plures eſſe queant, neque enim uel à duabus ſimul formis una detineatur materia, uel diuerſarũ oppoſitionum quaſi per uices materia eadem, aut eius portio ſubiectum fieri unquàm queat, quantumuis proxima facta, & imminuta quàntumuis, non ſiquidem forma, à qua detinetur ab alia, at à contraria tantùm patiatur, eaq́; unica. Quoniam igitur generatilis, naturaliſq́; ſubſtantia, cuius principia quærimus, unum genus, et materia una, à duobus tantùm neceſſe eſt occupetur & ipſa, detineaturq́; primis cõtrarijs, & eò etiam amplius, quòd in illa præcipuè contrariorum operatio generatio, corruptioq́; fit maximè, et quòd uidere in illa nihil eſt,

Primo phys. T. 56.

quod

quod non in reliqua inuertatur omnia, aut inuerti ſaltem non queat, quòd nimirum omnia ab unica effecta ſint, conſtitutaq; oppoſitione, neq; enim, ut dictum eſt, ab alio, aut in aliud immutetur quicquam, at à contrario tantum, atq; in contrarium. Nec uerò à duplici oppoſitione, & ab altero oppoſitionis utriusq; contrario conſtituta uideantur entia, quæ itaq; ſingula in reliqua omnia inuerti queant, altero ſaltẽ cuiuis oppoſita principio, qualia prima Ariſtotelis uidentur corpora, nõ ſiquidẽ ens ullum unum è principijs duobus, duabusq; conſtituatur naturis, quod nimirum, & unum uideri queat, & non unum.

In natura porrò quauis, ſummè quæ ſunt contraria, longiſſimè à ſe ipſis poſita uidentur, & ueluti extremas illius occupaſſe partes, uigent itaq; in illis pura, ſinceraq;, atq; integra, & nihil imminuta, paſſa nihil, in medijs non pura apparent, at ueluti ſibi ipſis commiſta, & remiſſa, languidaq;, à ſe ipſis mutuò paſſa, imminutaq;, quòd nimirum proxima ubi exiſtunt, ſeſe aſſiduè oppugnãt, oblæduntq; cõtraria, è communi materia ſeſe mutuò deturbantia. Multò in ſubſtãtia magis à ſe ipſis ſummè abeſſe oportet, ſummè quæ ſunt cõtraria, quòd ſummè ſeſe mutuò oppugnant, oblæduntq;, et illorum agere ceſſat nullum, donec alterum penitus ſubiecto depellat, interimatq; alterum, periculum itaq; immineat, niſi ſummè à ſe ipſis abſint, & certas etiam habeant ſedes, è quibus deturbari, detrudiq; nullo queant pacto, ne uel altero interempto, ab altero occupentur omnia, & omnia unum fiant, uel ſibi ipſis commiſtis, cõfuſisq; principijs, nihil ſit unum, nullaq; adſit quies, & permanentia entibus. Et in ſubſtãtia igitur ſummè à ſe ipſis abeſſe oportet prima contraria, ijs itaq; inexiſtere corporibus, quæ ſummè à ſe ipſis diſtant, in illorum medijs remiſſa ipſa eſſe, imminutaq;. Si igitur extrema, & remotiſſima quæ ſunt, uniuerſi intueamur corpora, & quæ in illis agere uidẽtur Cap. 3.

naturas, prima rerum intueamur principia, & prima rerũ corpora, à primis, ſummisq; illis, atq; integris conſtituta, & impermiſtis, quæ in horum ſunt medio ab iiſdẽ, ſed imminutis, remiſſisq;. At longiſſimè à ſe ipſis, Cælum diſtant, & Terra; et ſummus Cælo ineſſe apparet calor, tam longè igitur diſtans eſt ubi uel ipſam exurat Terram, cui contra frigus inexiſtere uidetur ſummum, ubi igitur à Sole non reprimitur, retunditurq; ipſius uis, & maria ipſa, quæ uel Ariſtotelis teſtimonio plurimum habent caloris, gelat, compingitq;, ſummo igitur calore præditum, & calore agens, à calore conſtitutum uideri debet cælum, neq; enim alia ipſum conſtituat, aut ei inſit omnino forma, quàm quæ agere uidetur, & neq; ſummè agens, ſummèq; potens calor, non proprio inſit ſubiecto. Tum qualia cæleſtia corpora, & ipſe præſertim apparet Sol, talia fiunt quæcunq; ſummus occupat, conſtituitq; calor. Albæ igitur flammæ omnes, lucidæq;; At & quæcunquè ſummum inuaſit frigus, longiſſimè etiam à Terræ natura diſſidentia, in terram craſſeſcunt, & terra tandem fiunt.

2. Meteor. Cap. 3. & 3. de gen. animal. Cap. 11.

Cap. 4. Calor itaq; frigusq; prima apparent agentia rerum principia, à quibus nimirum integris, extrema uniuerſi occupata, & conſtituta uideri queant corpora, ab imminutis, paſſisq; media omnia, omnibus itaq; inexiſtentia, & agere in omnibus, et conſtituere, immutareq;, et corrumpere uidentur omnia, quæ propria tantùm, aut contraria queat forma. At et ſola à nullis oriri, neq; à ſe ipſis mutuò, et cætera conſtituere uidentur omnia, quæ et ipſa omnia primis ineſſe oportere principiis, et uidentur, et uideri debent omnibus, neq; enim principia ſint ab aliis manantia, nec uere à ſe ipſis mutuò, ſed principia, et non principia, at neq; prima, neq; agentia, niſi agant, cõſtituantq; omnia. Quæ igitur ſola ſibi ipſis oppoſita exiſtunt, contra

riaq;

riaq; ſeſe mutò oppugnantia, interimentiaq;. Et quæ ſola à nullis exorta, neq; à ſe ipſis mutuò, entia conſtituere uidentur omnia, extrema quidem integra ipſa, uigentiaq;, imminuta media, paſſaq;, ſola prima appareant agentia rerum principia.

Et cœlum igitur, terraq; ſola prima appareant, ſimpliciaq; corpora à ſummis illis conſtituta, et nihil paſſis imminutis nihil. Neq; enim primum uideri queat, & ſimplex corpus, quod ab imminuto conſtitutũ eſt principio, & in quo igitur non ſumma apparet propria uis, propriaq; natura, remiſſio enim omnis, uel per cõtrarij fit admiſtionẽ, ut Peripateticis placet, uel per cõtrarij actionẽ, propterea ſcilicet imminutũ apparet cõſtituens principiũ, & non integris, ſummisq; proprijs præditum uiribus, quòd uel contrario eſt admiſtum, uel à contrario paſſum, imminutumq;. Et propterea non prima apparent, ſimpliciaq; corpora, ſed ſecunda omnia, compoſitaq;, in quibus non ſummæ propriæ inſunt naturæ, ſed imminutæ, debilitatæq;, quòd uel ab utroq;, & ſimul inexiſtente, ut Peripateticis placet, conſtituta ſunt principio, uel ab altero tantùm, at paſſo, imminutoq; ab altero, & quæ igitur ueluti utriusq; actione effecta uideri queant, qualia reliqua omnia uidentur, remiſſis omnia proprijs prædita uiribus, quæ ſummæ in ſolo igne, cuius naturæ exiſtit cœlum, & in ſola uigent terra, & terra igitur ſola, & ſolum cœlum prima appareant, ſimpliciaq; corpora, ab integris, atq; impermiſtis conſtituta principijs, & è quorum alterius in alterum actione, & ueluti complexu, cætera conſtitui uidentur omnia, & ipſum primorum maximè proprium corporum. Cap. 5.

Oportuit autem in altero contineri alterum, ſphæricum itaq; fieri uniuerſum, non in longum conſtitui, directumq;, & in altera ipſius extrema parte cœlum locari, terram in altera, niſi enim ab altero retinè Cap 6.

atur, coerceaturq; alterũ, quo factum uidemus pacto, ſeſe mutuò auerſentur, aufugiantq; oppoſita ſibi ipſis exiſtentia, contrariaq;, neq; igitur fiát, quæ è terra à Sole facta uidemus, uel non ex uniuerſa, néq; unus exiſtat mundus. Fortè, & neq; moueri queat cælum, nullum habens immobile, circa quod circumuoluatur, aut per inane feratur, à firmo, ſtabiliq; retentum nullo. Et non iiſdem uniuerſum, nec magnis dari oportuit uiribus cælum, quòd nimirum terram undiq; ambiens, & uſquequaq; uniuerſam, & eodem inalterans pacto, unum modò educat, & exurat illam, perdatq; tandem, nullum illi ſe ipſam reficiendi, reſtaurandiq; præbens ſpatium, ſumma igitur dandum tenuitate uniuerſum fuit cælum, per quam diffuſus langueret calor, certis tantùm collectum, & robuſtius factum in locis, quibus in terram ueluti per uices agens, inuertat illam, & non penitus perdat tamen, deperditas ſui partes, atq; in aliam actas naturam, in propriam reſtituẽdi facultatem illi præbens, ſpatiumq;. Et néq; igitur adeò ſibi ipſi copulatum, unitumq; eſſe cælum, ut unum penitus uideri queat, ſed uelu ti in plures diuiſum, diſtinctumq; orbes, & non ſuper iiſdem omnes polis, néq; eadem moueri uelocitate, & ſtellis igitur reliquis, & ipſo longè maximo, longèq; lucidiſſimo, atq; unico diſtinguendum fuit Sole, à quo illuſtrarentur omnia, & omnia etiam uiuificarentur, & longè plurima è terra uniuerſa educerentur, et longè etiam pulcherrima, nuſquã illa, & néq; ulla illius parte penitus exuſta, corruptaq; tamen, à longe uelociſſimo alieno circumuoluto motu, & huc illuc acto à proprio, nuſquã igitur diu in eaſdem agente terræ partes, & nulli directo imminente nimis diu, et à nullis nimis abſente, remotoq; diu nimis.

Cap. 7.

Ab oppoſitis porrò contrariiſq; naturis, cælum, terraq; conſtituta, ſummè ſibi ipſis diſſidere oporteat, & diſſidere uidentur. Itaq; ut cælũ

ſummi

ſummi caloris opus, omnibus ſuperſtat, & ſupereminet, & ſummè eſt tenue, tranſpicuumq́;, & ſummè album, & ſummè lucidum, & ſummè deniq; mobile, ſic Terra contra, à ſummo conſtituta frigore, omnibus ſubſidet, ſubiacetq́;, & ſummè eſt craſſa, atq; opaca, & ſummè nigra, & ſummè obſcura, & ſummè deniq; immobilis. Et tenuitas itaq;, & albedo, & lux, & motus longe calidiſſimi cœli, atq; ipſius propria uiſa ignis, caloris uideri debent propria, frigoris his oppoſita, frigidiſſimæ et ipſa uiſa propria Terræ, neq́; enim ens ullum habere uideatur quicquàm, quod non ab eo habeat, à quo effectum eſt, conſtitutumq́;. Contraria porrò principia contrarijs gaudeant materiæ diſpoſitionibus neceſſarium uidetur, & contrarias proprijs ſubiectis indant affectiones, & contrarias operentur operationes. Id tantùm commune utriq; datum oportuit, ſui nimirum conſeruandi, & ſeſe amplificandi appetitus, et propriæ deſtructionis odium, & cognata igitur, ſimiliaq; & contraria, diſſimiliaq; dignoſcendi uis, & fugiendi hæc, & ſectandi illa ſtudium, & datũ id utriq; uidetur; Neq́; enim iners artifex Natura, quæ quæ conſtituit ſeruari negligat, neq; propriæ conſeruationis, & proprij boni, neq́; propriæ deſtructionis, & proprii mali, ſenſum illis indens ullum, aut ullam facultatem præbens, quò auerſari hoc, amplecti illud queant; contraria præſertim cum ſtatuiſſet, & in ſeſe mutuò agentia; & mutuò ſeſe ipſa corrumpentia. Et entia igitur quæuis contraria, alienaq́; uitare, & ad ſimilia deferri uideas, cognataq;, quòd nimirum fouentur, ſeruanturq; à proprijs, ſimilibusq;, ab alienis deſtruuntur, ac diſſimilibus, & recedentia inſuper ſectantur, quòd eorum contractu, quo gaudent, fouenturq;, priuari nolunt. Natura itaq; uacuum, atq; inane pati haud poſſe uidetur, eoq; & hoc, & illud ſtudio, ut propriæ interdum naturæ inferant uim, & moueantur, quæ immobilia

exiſtunt

exiſtunt, & mobilia ſi quidem naturali, inſueto certè motu, quòd nimirum & agentia ſentiunt, & recedentia, neq; enim niſi ſentiant, uel hæc ſectentur, uel auerſentur illa. At & ipſum per ſe uidere eſt calorem, & ipſum per ſe frigus, alterius alterum robuſtioris aduentum, exhorrens, atq; actionem, ſeſe intrò recipere, & ſibi ipſi colligi, uniriq;, quò se à præpotente aduerſario tueatur, ſenſui hoc expoſitũ apertiſſimè, nihilò alys quibuſuis, quàm nobis uidetur minus. Ariſtoteli certè in ambiente calido propterea nubes in aquas cogi, & in grandines etiam gelari uidentur, quòd proprium illarum frigus, ambientẽ reformidans, aufugiensq; calorem, ſeſe intrò recipit, colligitq;, robuſtius itaq; factum propriam materiam compingit, & gelat etiã. Et propterea & Ariſtoteli, aliisq; omnibus, altero robuſtiore aduentante, alterius debilioris intendi interdum uidentur uires, quòd colligit ſeſe debilius, robuſtioris exhorrens actionem, quam igitur percipere utrunq;, negare haud queat, fortè & nec uelit Ariſtoteles, qui itaq; propriæ conſeruationis, propriiq; boni appetitus, ſenſusq; dari oportuit principiis, datus eſſe apparet. At ſummè contrariis, longè datus eſt diuerſiſſimus, & qualis utriq; dari oportuit, potuitq;. Calori uidelicet longè exquiſitiſſimus, ut uidebitur, ut qui tenuitate gaudens, & in tenuitate exiſtens, multò patiatur promptius, & multò promptius malum declinet, & quem ſeruari etiam oportebat magis, longè, ut itidem uidebitur, abſcuriſſimus frigori, & longè ignauiſſimus, à denſiſsimo ſatis munito, defenſóq; ſubiecto, & malum aufugere longè ineptiſſimo, & quod etiam ſeruari oportebat minus, quod igitur ſtupidum uideri queat, & demortuum, propria immobile natura, & longè obſcuriſſimo datum ſenſu.

Primo Meteor. Cap. 12.

Cap. 8.

Nec uerò, quòd non, ut animalia, ſenſuum organis corpora alia data uidentur ulla, nulla ſentiendi data uideantur ui, non ſiquidem, ſentiendi

dì facultatem animalibus præbere uidentur organa, & neq; uel modum ullum, uel ullam etiam facilitatem, quod artificum faciunt inſtrumenta, ſine quibus igitur operari illi haud queant, uel multò operentur ægrius, at id tantùm, ut ſuo amplius expoſitum eſt loco, quòd ſenſilium admittunt actionem, uel non ualenter ipſam repellunt, ueluti igitur uiæ, atq; aditus patefacti uidentur, quibus externarum rerũ actio ad inexiſtentem, & uerè ſentientem deferatur ſpiritum, neq; enim ſenſus fiat unq̃, niſi in ſpiritum ipſum ſenſile agat, & ipſe igitur patiatur ſpiritus, ſenſus omnis, qui in animali fit, auctor, & qui ipſum exiſtit animal, ibi itaq; exquiſitiſſimus fit animali ſenſus, ubi multus adeſt, minimèq; contegitur ſpiritus, longè obſcuriſſimus, ubi modicus adeſt ſpiritus, & obtegitur maximè, nullus penitus ubi ſpiritus adeſt nullus, quantauis ibi paſſio fiat, quòd nimirum non ſpiritus ibi, & ipſum itaq; patitur animal, ſed ſpiritus tegumentum, aut organum, cuius paſſiones quaſuis nequaquam percipiat ſpiritus, nihil illas paſſus ipſe. Alieno uidelicet in loco, atq; inter contraria, & multo robuſtiora genitus, nullo itaq; ab illis extinguendus negotio, non bene tectus, & non ualenter ab illis defenſus, & elapſurus etiam non retentus, & neruis, & corpore inſuper contegendus, & retinendus fuit ſpiritus, at non undiq; occludendus tamen, neq; in imo reconden dus uniuerſus, ubi ambientis iniurijs expoſitus minus, minus obledatur, & elabatur etiam minus, incluſus magis, ſed in extremo uniuerſo eſſe illum opportuit corpore, nam ſentire uniuerſo, uniuerſo opus habentem, & oblædi illo potente uniuerſo, at ualidas tantùm caloris, frigoriſq;, & percutientium rerum percepturus actiones, atq; ictus, quæ in ſpiritum agant quouis contectum, defenſumq; pacto, & neruis, & cute contegi potuit durioribus, ibi attenuatis utriſq; magis, ubi exquiſitius ſentire oportebat ſpiritum, in extremis uideli-

cet

cet digitis, & multò etiam in lingua magis, ubi nimirum languentes, pene & demortuæ percipiendæ erant ciborum qualitates, longè igitur ibi molliſſimis inditus eſt neruis, & longè laxiſſimæ carni. At ſonos percæpturo, externi uidelicet aeris motus, non attenuanda tantùm fuit continens, & contegens pars, ſed aures itidem attenuatæ cuti circumponendæ, quæ nulla ipſæ ſonos, aut aeris motus percipiendi ui præditæ, exciperent delatum ad ipſas aerem, & ſeruarēt etiam unum, diffundi, dilabiq́; prohibentes, nam qui diffluit, diſsipaturq́;, neq́; ipſe unus ſeruari poteſt aer, & multò ipſius motus minus, non igitur niſi in concauis, concluſisq́; locis fit eccho, & ſolidis etiam, læuibusq́;, ut ſuo amplius declaratum eſt loco. Lucem uerò, eiusq́; affectiones, paſſionesq́; percæpturum, quaſi in aperto eſſe oportuit, tunicis tantùm obſæptum, atq́; humoribus, at quas nullo pertranſeat lux negotio, quod nimirum obſcuretur lux, ſi profundiora ſubeat, quæ præſertim non ualentiſſima eſt, qualis neq́; ſemper præſtò adeſt, & qualem ægrè noſter ſuſtineat ſpiritus, nimio eius fulgore diſgregatus, diffuſusq́;, at quem tamen nulla offendat frigoris uis, humoribus, ut dictum eſt, obſeptum, tranſpicuis quidem, at non tenuiſſimis, & multò præditis calore; Quem autem odorare, aeris uidelicet ſentire affectiones quaſcunq́;, nullis illum neruis, cute nulla, & nullis etiam occludi oportuit tunicis, quas nimirum nullus pertranſire queat aer, nec languentes, debilesq́; eius affectiones, qualitatesq́;, quæ non in aliam agant rem, & in tenuiſſimum modò ſpiritum, ad ipſum itaq́; ab aere deferantur oportet, nullo intermedio impediente, patens igitur relictum eſt iter ſubeunti, & inſpirato aeri ad cerebri usq́; uentriculos, ad ſpiritus ipſius ſedem, & ſpiritum ipſum. Talia igitur ſenſoria uiſa ſingula, ut quæ illis admittenda ſunt, admitti queant pulcherrimè, uiæ, ut dictum eſt, atq́; aditus uideri debent, quibus ſenſi

lia

lia ad incluſum, & ſentientem deferantur ſpiritum, non organa, quorum ope operetur ille. Huiuſmodi porrò animalium corpori inexiſtere ſpiritum, in cerebri uentriculis, ut in principe ſede, contentum, & per corpus uniuerſum diffuſum, neruis incluſum, fibriſq;, & ſuo amplius expoſitum eſt loco, & per ſe patere uidetur apertiſſimè, neq; enim temerè illos conſtituerit natura, nec ſpinalis medullæ cauitatem, nec poros itidem, qui in uiſorijs conſpiciuntur neruis, per quos manifeſtè in oculos effunditur ſpiritus, lætitia itaq; affecto, & ſeſe effundente ſpiritu, longè grandiores, & longè etiam ſunt ſplendidiores, neq; enim alio in reliquis operetur ſpiritus pacto, uel alia à ſpinali medulla, et ab ipſo etiam cerebro ratione differant nerui quiuis, quàm qua plantarum radices, ſtirpeſq; ab ipſarum differre uidentur ramis, ueluti uidelicet enaſcantur è cerebro, & èx ſpinali medulla nerui, & duriores etiam progreſſu fiant, at eiuſdem illis ſint omnino ſubſtantiæ, & eundem omnes contineant ſpiritum, & neq; uel non latum iter tenuiſſimo ſpiritui inuiſilis etiam præbeat meatus, qui in demortuo animali obſtringitur etiam magis, Ariſtoteli certè ſpiritum neruis ineſſe neceſſariò eſt affirmandum, ſemen ſpiritu aſſerenti plenum, neq; enim ſeminis molem, corpusq;, & ſemini incluſum ſpiritum nullam fieri fœtus partem perſuadeat Ariſtoteles unq̃;, at anima è menſtrui ſanguinis potentia, eius opera educta, exire, aut in halitum abire utrumq;, ut ſuo amplius declaratum eſt loco, ne declarandum quidem, manifeſtè enim è ſemine ab uteri caliditate arefacto, exiccatoq; conſtitutus uidetur, effectusq; neruus, externa tenuitate emuncta, interna in ſpiritum uerſa, & non elapſum à corporũ retentũ craſſitie, illius itaq; quaſi uniuerſitatis continendæ cerebri, ut dictum eſt, facti uidentur uentriculi, & ſpinalis medullæ cauitas, At neq; niſi huiuſmodi inſit animalium corpori ſubſtantia, calida uidelicet,

*delicet, tenuiſq; , & propria mobilis natura, & ad cœlum, ut ad
propriam tendens uniuerſitatem, uel motus ratio explicari unq;
queat, uel cur demortuum animal longè uiuo exiſtat grauius. So-
lum autem ſenſus, qui in animali fit, auctorem eſſe, ſi non ſatis decla
ratum eſt, id manifeſtare queat, quòd ſolæ è ſemine conſtitutæ ſen-
tiunt partes, propria ipſæ natura terreſtres, & ſtupidæ etiam* Peri
*pateticis uiſæ, at quibus ſolis ipſe inexiſtit ſpiritus, & quæ & ipſæ
ſenſu omni priuentur, ſi non amplius in ipſas influat ſpiritus, quouis
obſtrictis caſu, et multò inſpirati odores amplius, qui manifeſtè à ſub
ſtantia percipiuntur in cerebro exiſtente, & à quibus & ſummè ob
lectari, & nullo temporis momento uiuificari animal uidetur, &
proſterni etiam, & exitio dari, qui igitur ipſius animæ ſubſtantiã,
atq; animam ipſam attingant neceſſe eſt, & longè illam tenuiſſi-
mam, quæ adeò à qualitate patitur aeri inſidente; continens ipſam
cerebrum quouis contactum, contrectatumq;, & inciſum pacto,
nullum animali ſuæ paſſionis præbet ſenſum, quod nimirum in illius
contentum uentriculis, tegumenti paſſiones haud ſentit, niſi ad ip-
ſum itidem delatas, ſpiritus itaq; ſolus ſenſus, qui in animali fit auctor
uidetur, ſenſoria id præſtare ſolum, quòd ad ſpiritum iter, atq; adi-
tum ſenſilibus præbent.* N*equaquam igitur entibus reliquis non dan
dus uideatur ſenſus; quòd ſenſuum careant organis. quæ nimi-
rum in proprio exiſtentia loco, atq; inter cognata, nullo igitur
indigentia tegumento, tegumento data fuere nullo, & quibus
igitur nulla tegumenti attenuanda, uel patefacienda fuit pars, qua
quàm reliquis ſentiãt magis, æque igitur uniuerſa à cognatis conta-
cta, contrarijſq;, æque ſentiunt uniuerſa, ſenſu omnia habentia
opus, ueluti & animalia, quo & ipſa contraria auerſari, cognata*

amplecti

amplecti queant, et facer e id uiſa omnia, nihilò ferè quædã quàm ani malia pröptè minus, ſenſus itaq; ineſſe uideatur omnibus, nõ omnibus, quilibet, at longè communiſſimus tactus, cui non guſtus modò, at & olfactus idem exiſtit, & uiſus, ut ex ijs, quæ dicta ſunt, patere poteſt, reor, & ſuo amplius declaratum eſt loco.

At *niſi principij utriusq; uel alterius proprius ſit ſenſus, & motus itidem, & lux, & albedo, & tenuitas, & quæ igitur primo alteri, uel utriq; inſint corpori, nusq̃; ex ipſis compoſitis indi queãt ullis, quantumuis ſeſe illa mutuò inalterẽt, immutentq;, atq; inuertãt, neq; enim, quod immutatur, inalteraturq;, quid ab immutante recipiat, agenteq; quod ipſius proprium non ſit, nobilius præſertim, præſtantiusq;, quæ igitur & prima habent corpora, & ex his conſtituta, compoſitaq;, uel caloris uideri debent, uel frigoris propria, & nihilo Peripateticis, quàm nobis minus, ut. n. caloris expers, & caloris incapax ſit Cœlum, calorem modò ipſis largitur Coelum, aliud nihil, & non à propria illum ſubſtantia, qualis alterius forte rationis, & elementari præſtantior uideri queat, diuiniorq;, ſed in aere ſublunari, à Coeli motu contrito, agitatoq; factum, qui igitur ex accidẽte factus, elementari etiam ignobilior, non alterius certè uideri queat rationis. Neceſſariò itaq; contrariorum alteri, & alteri primo corpori, quæcunq; compoſita quæuis habent, aſſignanda ſunt omnia, non ſiquidem utraq; utriq; aſſignet quis, contrariorum enim, ſi non materiam ipſam, at materiæ diſpoſitiones, tum illorum affectiones contrarias eſſe oportet, & operationes, id tantum, ut expoſitum eſt, commune, ſui nimirum ſeruandi appetitus, ſtudiumq;, & intereundi odium. Et cognatorum igitur, ſimiliumq;, & diſſimilium contrariorumq; dignoſcendi uis, at diuerſa & ipſa, ut itidem expoſitum eſt.* Cap. 9.

At *neq; ob id tantùm, caloris propria & tenuitas uideri debet, & lux, & albedo, motusq; quòd Coeli uidentur, atq; ignis propria, & frigoris his oppoſita, Terræ & ipſi uiſa propria, ſed & nihilò etiã* Cap. 10.

minus, quòd ſingula intuenti à frigore hæc conſtituta, & cum frigore enata ſimul appareant omnia, & quæ à frigore ſeiungi non poſſint, neq; à calore illa, & ſenſus amplius, à calore conſtituta, & cum calore orta. Attenuari igitur, uel molliri ſaltem, tenuiora omnino fieri uideas omnia, in quæ quiuis ferè agit calor, & fumum, quæ ſummus occupat, uaporesq;, & flammas, longè uidelicet tenuiſſimas res, attenuat nimirum in quæcunq; agit, & quæcunq; occupare uult calor, quòd tenuitate gaudet, & in tenui eſſe uult ſub iecto. At & à tenuitate ſeiunctus, nequaq; ſuperiora petere potens uiſus calor, nequaquàm à tenuitate ſeiungi poſſe uideri debet, eòq; etiam amplius, quòd neque aperire non attenuans uideri poteſt, neq; enim quæ maximè propria uidentur caloris, à tenuitate ſeiunctus, & ſeorſum à tenuitate operari nequeat calor, niſi propria ſit caloris tenuitas, & ſine qua perfectus haud ſit calor. At neq; frigoris craſſitiem neget quis, qui quæcunq; occupantur à frigore, & aquas etiam ipſas, & ipſum etiam mare, uaporesq; gelari, compingiq;, & craſſeſcere uideat à frigore, quod ſi à calore fieri interdum appareat, & illud appareat ſimul, ex accidente uidelicet fieri, non propria caloris actione, neq; enim attenuet, & cogat calor, contrarias itaq; ædat actiones, & quarum frigoris propria eſt altera. At & quæ craſſa facit, & quo id facit pacto intuenti, uel ibi attenuare uedetur maximè, ubi maximè compingere uidetur. Ea enim cõpingit, & craſſa facit tantùm, quæ ſumma obluctantia craſſitie nequaquàm uniuerſa attenuare poteſt, at quod ipſis humidum ineſt, ſeu craſſum minus, id attenuat, educitq;, inexiſtente igitur humiditate emuncta, & partibus minus craſſis, quod reliquum ſit, longe ſit craſſum magis, ſenſui hoc expoſitum apertiſſimè, nihil Ariſtoteli quã nobis uidetur minus, Calor, itaq; inquit, è concrertis humorem elicit, ex humore ſpiritum creat, denſaq; omnia laxat, principio igitur concreta tepeſaciens, facit humidiora, tum ſpiritum ex humidis ducẽs,

phl. 10. ſect. 24.

diffundit

diffundit, & tumefacit, cumq́; amplius calefacit, partem ſummam ela xat, ut uapor inde reſpiret, humorq́; exiccatus facit, ut moles conci dat, qua collapſa cutis omnium rugatur, & paſſim, quæ à calore exi cãtur, propterea exiccari; affirmat Ariſtoteles, quòd egrediens calor, ſiue per ſe elabatur, ſiue ab externo educatur cum humore, cum pro prio uidelicet elabitur ſubiecto, usq; quaqueigitur attenuare uide tur calor, & ibi etiam maximè, ubi compingere uidetur maximè, craſſiſſima attenuans, duriſſimaq;, frigoris itaq; craſſities, caloris propria tenuitas. 4. met. tex. 23. & 5. de gen. animal. Cap. 3.

Et *lux itidem, ignis, Solisq́; longè calidiſſimorum, maximè propria uiſa corporum, & quæ uno cum calore ſummo oriri uidetur ortu, & oc caſu occidere uno, & fumus igitur, uaporesq́; omnes maiore donati calore, luce itidem donantur omnes, non itaq; flammis tantùm, ſed rei ſulfure illitæ proximior factus fumus, proprio ſcilicet à proximo ſulfuris calore aucto, quocunq; demum calidior factus pacto, lucidus fit, flammaq;, & longè nigerrimæ, longèq́; obſcuriſſimæ res, ſi ſum mo donantur calore, lucidæ fiunt omnes, flammæq;, & eò lucidæ omnes minus, quò & calidæ minus, tenuiſſimæ igitur flammæ, & languidiſſimè calefaciunt, & lucent etiam languidiſſimè, non ſcili cet per tenuiſſimam rem diffuſus, aut ualens ſit calor, aut propriam ualenter naturam, propriamq́; manifeſtet ſubſtantiam, & calore extincto, uel etiam à contrario imminuto, lux quoq; extinguitur, & pro flamma fumus fit, pro lucida nimirum obſcura res.* Cap. 11.

Lucem *porrò eandem eſſe albedini, quæ ſumma ſit, & uiua, uigensq́;, & ualenter itaq; uiſum commouens, & ueluti feriens, & in comen tario de colorum generatione declaratum eſt, & inde patere poteſt, quod tenues, & puræ, quæ exiſtunt flammæ, quæ ſcilicet à nulla ob ſcurantur craſſitie, fumo nullo, albæ uidentur omnes, & multò Sol amplius per nullos conſpectus uapores, & non uigens itaq;, nec ui ſum feriens albedo, nequaquam non lux, ſed imminuta, & languida* Cap. 12.

uideri debet lux. Non lucidi igitur cæleſtes orbes, nec ſublunaris, et multò minus qui nos ambit aer, at candidi omnes, quòd nimirum in tenuiſſimis omnibus, & calor, & lux longè languidiſſima, & quæ ne mouere quidem queat uiſum, non ſpiſſata, collectaq́;, non igitur niſi in ſpuma, & in niue incluſus, uiſilis exiſtit aer, & neq́; orbes reliqui, at ſtellæ tantum, & lactea tantum uia, quæ ſi ſpiſſetur etiam
2. de Cæl. tex. 42. *magis, ſtella & ipſa Peripateticis quoq́; fiat, neq́; enim à reliquis orbium partibus, ſtellæ reliquæ, uel ipſe longè lucidiſſimus Sol in alio differt, quàm quod ſolidior, denſiorq́; apparet. Lux itaq́; orbibus etiam inexiſtit uniuerſis, at longè languidiſſima, & quæ ne uiſilis quidem ſit, propterea quòd qui illam facit calor, langueſcit, per immẽſam diffuſus tenuitatem, atqui ſi colligatur, & ſpiſſetur quid, uiſum moueat, & feriat etiam ſpiſſatus magis, quod & ſublunaris itidem aer facere & ipſe uideatur. Albedo itaq́; quæuis lux uideri debet, at languens, atq́; imminuta, quæ non ualenter uiſum mouet, & à calore cum tenuitate genita, quæcunq́; itaq́; uerè tenuia exiſtunt, & quibus craſſities admiſta eſt nulla, alba apparent omnia, & nigreſcunt nunq̃, niſi uerè craſſa facta, & aer itaq́; albus apparet, uaporesq́;, atq́; aqua, & his ſimilia, & quæ ex his conſtituta ſunt à noſtro gelatis frigore, nix, glacies, criſtallusq́;, quòd nimirum in ſuperioribus terræ partibus à Sole aſſidue immutatis, calefactisq́;, ſummum eſſe haud poteſt frigus, non itaq́; tenuitatem in ueram inuertere potẽs craſſitiem, ueluti illam ligat tantùm, gelatq́;, neq́; igitur nigra fiunt, nec penitus opaca, quæ noſtrum gelauit frigus, ſed tranſpicuitatis participia omnia, quæ tenuitatis maximè eſt propria, & quaſi eadẽ tenuitati, quòd nimirum, ut dictum eſt, nequaquàm ſummum exiſtẽs, tenuitatem non uerè aufert, nec uerè interimit, nec uere craſſa facit, quæ gelat, non tantum conſpiſſans illa, condenſansq́;, quantum ut uerè craſſa fiant, oportet, modico igitur liqueſcunt calore omnia, à quo nigreſcunt, quæ craſſa fiunt omnia, uerè tenuitatem educente ex illis,*

lis,

lis, alba contra omnia, quæ uerè tenuia fiunt, ut amplius in dicto ex-
poſitum eſt comentario.

Lux porrò non alba, non pura uideri debet lux, ſed à craſſitie fœdata, te- Cap. 13.
nebriſq;, Et ignis igitur non uſquaque eſt albus, at longe diuerſiſſimis
praeditus coloribus, ſemperq; ab albo remotis magis, quò in craſſiore
factus ſit fumo, & ipſe etiam longe lucidiſſimus, longèq; candidiſſi-
mus Sol, per longe tenuiſſimos conſpectus uapores, puniceus, eſt ubi
& flauus etiam, & purpureus apparet, qui color ab albo diſſidet
etiam magis, uapores uidelicet longe etiam tenuiſſimos permeans
potentiſſima Solis lux, non quidem langueſcit, nec debilitatur, nihilò
itaq; minus ualenter aut lucet, aut ferit, at ab illorum opacitate ipſius
fœdatur color tamen, pro candida igitur punicea apparet, flauaq;,
& purpurea, nam à craſſioribus, & magis fœdatur, & debilitatur
etiam, penè itaq; obſcura uidetur, nigraq;, neq; enim ubicunq; exiſtit,
magnus etiam calor, luceat ibi, at in tenuitate tantùm, propria ſcilicet
caloris ſede, propria itaq; caloris appareat lux, quæ à ſolo uidetur ori-
ri calore, & à calore ſeiungi non poſſe, at quæ tamen non quemli-
bet ſequatur calorē, ſed pura, quæ exiſtit, uigenſq; ſummū, uigentēq;,
et à nulla paſſum, fœdatumq; craſſitie, frigoris propria tenebrarūq;,
frigidiſſima igitur, & longe craſſiſſima Terra, ſummè nigra, ſum-
mèq; apparet tenebricoſa, & quæcunq; tenuitate omni educta, uerè
craſſa fiunt, ſiccaq;, nigra itidem fiunt, alba omnia, quæ uerè te-
nuia fiunt, ut in eodem declaratum eſt comentario, & dum tenuia
exiſtunt, ſpiſſata etiam in ſeſe quid, coactaq;, at non adeò tamen, ut
uerè craſſa fiant, penitusq; opaca, nunq; nigra fiunt, caloris itaq; pro-
pria albedo, & lux, frigoris tenebræ, atq; obſcuritas.

Senſum porrò, motumq;, proprios & ipſos eſſe caloris, ſi non frigidiſſi- Cap. 14.
ma Terra ſatis manifeſtat, minime ſentiens & ſummè immobilis con-
ſpecta, cui igitur ab oppoſita natura conſtitutum corpus, & ſummè
ſentiens uideri debet, & ſummè mobile, uel nullo etiam Cœli, & ſub

lunaris

lunaris aeris conſpecto motu, contrariorum enim, ut dictum eſt, & uires diuerſas eſſe oportet, & contrarias operationes, & quòd, ut itidem dictum eſt, ſenſus enti nulli, uel motus dari queat, niſi alterius principij proprij ſint, & primorum igitur corporum alteri inſint, & Peripateticis imprimis, quibus ſolus è Cœlo delabitur calor, at ſi non ſatis ratio, ſenſus certè id manifeſtat apertiſſimè, à calore conſtitui illos, & calorem ſequi intuens ſemper, & à calore ſeiungi non poſſe. In quacunq; igitur ingeneratur materia calor, craſſiuſcula quidem, & uiſcoſitatis alicuius participe, è qua uidelicet elabi ingenitus haud queat calor, nullum è gliſcro, tenaciq; corpore egreſſum nactus, ſtatim animal fit, ſentiens nimirum, & mobilis res, quòd ingenitus calor ſenſu exiſtit, motuq; prœditus, & eò exquiſitiore, robuſtioreq;, quò maior ingenitus eſt calor, qui quacunq; imminuatur occaſione, & ſenſus itidem imminui uidetur, & motus, & ubi penitus perit calor, & ſenſus, motusq; & uita penitus perit. Quæcunq; igitur animalium genera, & quæcunq; in generibus ſingulis calidiora exiſtũt animalia, & ſenſu prœdita exquiſitiore, & mobilia uidentur magis, ſtupidiora omnia, & ad motum prompta minus, quæ calida exiſtũt minus, & calidi omnes morbi, & medicamenta omnia calida, cibiq; ſenſum exacuere, & concitare motum, frigidi morbi omnes, & medicamenta, & cibi ſtuporem inducere, atq; immobilitatem, quoniã igitur cum calore ſenſus oriri uidetur, motusq;, & augeri, imminuiq; cum calore, & cum calore occidere, non modò caloris proprij, ſed idem uideri debent calori, & eò amplius motus, non uniuerſi modo cœli, Solisq;, & ſublunaris aeris proprius, ſed ignis cuiuſcunq;, factus itaq; mouetur ſtatim, & ignis exiſtens moueri haud ceſſat unq̃;, & moueri prohibitus, nullo extinguitur momento. At & ubicunq; adeſt motus, & calor itidem adeſt, caleſcit igitur commotum quodcunq;, & accenditur etiam ualidè commotum, igniturq;; non ſolùm igitur caloris proprius uidetur motus, ſed idem penè calori, qui nimi-

rum

rum à calore ſeorſum nullo eſſe uelit pacto. Nec uerò id nobis, *quàm Ariſtoteli uidetur magis, Calor, ipſe inquit, mouendi obtinet uim, frigus contra facit, ut res conſiſtat, & contrahatur, & alibi,* Calor *dũ integer, inuictusq; manet, cauſa animalibus eſſe uidetur, ut cõmouere ſe poſſint.* Tum, *cõſtituenda, inquit, fuit* Terra, *ut firmum quid, atq; immobile, circa quod uoluatur, haberet* Cælum. Terra *autem cõſtituta, neceſſariò & ignis conſtituendus fuit, ſi enim contrariorum alterũ natura, neceſſe & alterum natura, eadem enim contrariorum materia, & prior eſt affirmatio negatione, ueluti calidum frigido, quies autem, & graue dicuntur iuxta leuitatis, & motus priuationem, ſuperiora igitur petere, & aſſidue moueri ignis Ariſtoteli uidetur, quoniam à ſummo eſt conſtitutus calore, ad ima deſcendere, et immobilis eſſe* Terra, *quòd frigida exiſtit, proprius itaq; caloris Ariſtoteli uidetur motus, propria frigoris immobilitas.*

2. de animal. gen. cap. 1. & probl. 5. ſect. 13. probl: 40. ſect. 3. 2. de Cæl. tex. 17.

At *et ſenſus, uitaq; cum motu à calore conſtitui Ariſtoteli uidetur, et proprij eſſe caloris.* Generantur, *inquit, in* Terra, *humoreq; animalia, quoniam humor in terra, ſpiritus in humore, calor animalis in uniuerſo ineſt, ita ut quodammodo plena animæ ſint omnia, quamobrẽ conſiſtunt celeriter, cum calor ille comprehenſus, ſiue exceptus eſt, cõprehenditur autem, et humoribus corporeis incaleſcentibus, efficitur uelut bulla ſpumoſa.* Calor *igitur aĩa Ariſtoteli uidetur, at nõ quilibet, ſed in tenui, in proprio nimirum exiſtens ſubiecto, qui igitur ubi in humido efficitur, retineturq; corpore, animal conſtitutum apparet, et omnia animæ plena, quòd ſpiritus, calidæ nimirum, tenuiſq; rei, id. n. ſpiritus* Ariſtoteli *etiam uidetur, et non hoc modò, ſed quòd caloris animalis, propterea reor, quòd ut ipſe innuere uidetur, nõ tota ſpiritus moles, ſed calor tantũ ſpiritui inexiſtens, uideri anima poterat.* Et *nõ è putri tantũ enatorũ animaliũ anima calor Ariſtoteli uidetur, ſed è ſemine etiam conſtitutorũ, maximèq; perfectorũ, ineſt inquit, in omniũ ſemine, quod facit ut fœcunda ſint ſemina, quod calor uocatur,*

Cap 15.

de Gen. animal. 1. 3. cap. 6.

de animalium gen. 1. 2. cap. 5.

id

id autem non ignis, nō talis aliqua facultas, ſed ſpiritus, qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore continetur, & natura, quæ in eo eſt ſpiritu, pro portione reſpondens elemento ſtellarum, quamobrem ignis quidem nullum animal generat, at uerò Solis calor, & animalium, non mo dò qui ſemine continetur, uerum etiam ſi quid excrementi ſit, quam uis diuerſum à natura, tamen id quoq; principium habet uitale, anima lem nimirum calorem, alibi itaq;, putrefactis, inquit, facillimè ingenerā tur animalia, quòd excreta caliditas conſtituit, & componit corpora, ipſa uidelicet anima, ipſa enim conſtituit Ariſtoteli corpora, ſiue igitur ſemini incluſus, & à Sole ingeneratus ſpiritus, animæ ſit ſubſtantia, ſiue, ut Ariſtoteli forte placet, ſpiritui inexiſtens calor è menſtruo fœ mineo ſanguine, & è putri animam educat, quoniam calorem modò è cuiuſuis materiæ ſinu quiuis educere poteſt calor, aliud nihil, præſtā tius præſertim quod ſit, diuiniusq;, nequaquàm animale principium, atq; animam ipſam, calorem eſſe negare aut queat, aut uelit Ariſtote les, at igneum eſſe, qui nihil illi generare omnino uidetur uſpiam, quā do igitur calor anima Ariſtoteli uidetur, caloris proprij ſenſus uideri debent, & motus, quibus nimirum præcipuè ab inanimis diſtingun tur animalia, eoq; etiam amplius, quòd ipſi itidem quæ calidiora exi ſtunt animalia, & ſenſu prædita exquiſitiore, & mobilia uidentur magis, ſtupidiora, quæ minus calida, & ad motum prompta minus, ſtolidi, ipſe inquit Ariſtoteles, atq; ignaui, quibus multa ineſt, & fri gida atra bilis, at perciti, ingenioſiq;, quibus multa, & calida, & ad omnem inſuper excandeſcentiam, & cupiditatem propènſi, & limphatico etiam inſtinctu inſerueſcunt, ex quo Sibillæ efficiuntur, et Bacchæ, & omnes, qui diuino ſpiraculo inſpirari uidentur, ubi id nō morbo, ſed naturali accidit intemperie. Plus æquo uidelicet calido facto ſpiritu, adeò ſenſus, & ipſe Ariſtoteli exacuitur intellectus, & concitatur motus, ut præceps appareat, furioſusq;, omnia ſentiens, temporis omnia luſtrans momento, & ſeſe continere, impotens,

probl. primo ſect. 3.

impotens, Furentes inquit Gal. atq; iracundos caloris facit abundã tia, ſtupidos uerò, graues, & pigros temperaturæ frigiditas, neq; eſt quòd diutius immorer in recenſendis uel Ariſtotelis, uel Gal. locis, in quibus ſenſus, motusq; caloris proprij, frigoris ſtupiditas, immobilitasq; utriq; uidentur, quod nimirum in utroq; uidere eſt paſſim, & quod ſi nullibi in neutro uideatur usq;, nihilo uideatur minus tamen, & ratione id nobis, & ſenſu, ut expoſitum eſt, manifeſtantibus apertiſſimè.

Nec uerò diuerſus à cœleſti igneus Ariſtoteli uideatur calor; & propterea animalia generare ineptus, primùm .n. non à propria ſubſtantia calorem faciente Ariſtoteli Sole, ſed propterea quòd ſublunarem aerẽ commouet, conteritq;, & ipſius partes ſegregat, detruditq;, nequaquam ab igneo diuerſus à Sole factus uideri debet calor; Tum quando ſpiritus in humido genitus, retentusq; in eo animal Ariſtoteli uidetur, quicunq; ſpiritum ingenerat neq; educit ipſum calor, animalium generatiuus uideri debet, non igitur cæleſtis, quàm igneus magis, moderatus modò is ſit, potens nimirum è tenuioribus inexiſtentibus partibus ſpiritum conficere, at non materiam uniuerſam attenuare, atq; aperire, & ingenito igitur ſpiritui egreſſum elabenti patefacere; Neq; enim cæleſti minus ſpiritum conficere aptus igneus uidetur, & neq; igneo minus cæleſtis educere illum, ualens ubi exiſtit; Non itaq; ab æſtiuo animalia, uel plantas ualde exoriri uideas Sole, quòd nimirum ualenter agens directus Sol, & tenuiſſimum ingenerat ſpiritũ, & patentem ingenito egreſſum præbet, uniuerſam attenuans, atq; aperiens materiam. Vsque quaq; hoc faciens magnus ignis calor, animalia generare ineptus apparet, propterea igitur, quod cæleſti uehementior, non quòd alterius rationis. At ubi, & ipſe ijs agit uiribus, quibus ſpiritum conficiat, at nequaquam educat animalia & ipſe, ueluti & Sol generare uidetur, quantumuis igitur ſæuientibus frigoribus, & Sole amoto quantumuis, in locis ab ignè calefactis, Sole Cap. 16.

igitur igneo agente calore, nihilo ſerè minus animalia è putri exoriri uideas, quàm ubi ipſe agit Sol. Et pullos in ouis conſtituit moderatiſſimis agens ignis uiribus, quibus uidelicet ſpiritum ingeneret, at ingenito egreſſum non patefaciat. Et in Ciprijs fornacibus pyrauſtas longè etiam ualentiſſimus, quòd nimirum ſummus tantum diuturnusq; calor in denſiſſimo ære ſpiritum ingeneret, at neq; is è craſſiſſima, uiſcoſaq; re educat illum. At & inſecta uidere eſt quædam, aquæ immerſa, penituſq; demortua, ſpiritu penitus extincto, at nequaquàm corpore etiam corrupto, deprauatoq;, calidiore obtecta cinere, reuiuiſcere rurſus, in elapſi uidelicet, interemptiq; locum, alio à cineris calore ingenito ſpiritu, ueluti & animalia etiam nonnulla, & lõgè nobiliſſima, ſi non uita penitus functa, ſi ſcilicet non penitus interempto ſpiritu, at iam iam perituro, uitæ rurſus reſtituta, ſpiritu à nobis in illorum os inſufflato, qui nimirum ad cognatum delatus fouet illum languentem, ac uiuificat, eſt & ubi in demortui etiam locum alium generat, Nequaq̃; igitur diuerſæ à cæleſti, & ab animalium calore igneus uideri poteſt naturæ, eadem in omnibus, et eodẽ operari uiſus pacto, qui igitur propterea animalia generare non uideatur, quòd magnis agens uiribus, non ingenerat modo ſpiritum, ſed ingenito egreſſum elabenti patefacit, qui retinendus omnino eſt, ſi animal conſtituendum, quod, ut dictum eſt, ubi & ipſe facit Sol, & ipſe animal generare ineptus apparet, ueluti ignis, & moderatus ignis calor generare aptus, ueluti et Solis, uterq; igitur eiuſdẽ uideri queat ratiõis.

Cap 17. Et tenuitas igitur, & albedo, & lux, & ſenſus, motusq;, itaq; & uita, caloris propria apparent, & frigoris his oppoſita, at non eadem tamen ratione omnia, ſed tenuitas proprium caloris ſubiectũ, & propria caloris ſedes, propria caloris affectio albedo, & lux, potentia, & uis quædam ſenſus, propria operatio ſolus apparet motus, ut ſuo amplius declaratum eſt loco, eodemq; pacto his oppoſita frigoris propria exiſtunt omnia.

Contrarium

Contrarium porrò terræ cœlum, & ipſe præſertim longè calidiſſimus Sol, aſſiduè in terram agit, & terram inuertit aſſiduè, illam ſi queat uniuerſam in alterum immutaturus Solem, ſed longiſſime amotus, et momento in eaſdem agens terræ partes, uelociſſimo, perenniq;, & ſemper uario delatus motu, & in repugnantem agens, obluctanteq;, non terram uniuerſam, ſed ſupremas tantum illius partes, & neq; in Solem, at in res uertit quæ terræ, Soliſq; uideri queant mediæ, eò autem ad illius naturam accedentes magis, quò ab illo conſtitutæ ſunt, effectæq; minus paſſo, imminuto minus, & ſi non unica, at propria plera q; conſtituit actione, paucas quaſdam modica terræ ope. Non modo ſcilicet uapores è terra educit Sol, è quibus uario terræ frigore gelatis, compactiſq; cætera conſtituantur omnia, ſed omnia aut pleraq; è terra ipſa ipſe conſtituit Sol, uarie illam immutans, inuertenſq;. Aquas omnes, lapideſq;, & metalla, tum ſalſa, nitroſáq;, bituminoſa ſulfurea, aluminoſáq; cur enim in uapores terram inuertere potens Sol, longiſſimè ab illius natura diſſidentes, longè tenuiſſimos, & longè etiam calidiſſimos, è quibus itaq; ſublunaris Ariſtoteli conſtituitur aer, non in ea illam immutet, quæ à terræ natura longè diſſident minus, & quæ Terra uideri queant calidıtate quadam, & quadam data tenuitate, uel cur quæ unica, neq; difficili fieri poſſe uidentur actione, pluribus illa fiant, & longe difficilimis? non magno enim negotio in dicta omnia terram inuertit Sol, longè in uapores ægrius, longè à terræ natura diſſidentes magis ægerrime in lapides terra illos cogat, metallaq; uapores certè è quibus fluminum fluxus tanti fiant, terræ ineſſe non poſſunt, ut enim non è uaporibus tantum perpetuò emanent effluentes fluuij, ſed è pluuijs, quas montes ſpongiarum inſtar excæpere, undiq; ex illis ſtillantibus, & in unum coeuntibus tandem, maltos certè menſes è uaporibus tantum Ariſtoteli fiant neceſſe eſt, in æſtuoſis præſertim regionibus, & in quibus perraræ fiunt pluuiæ, & nullæ inter-

Cap. 18.

2. meteor. Cap. 4.

dum menſibus multis, eſt ubi & annis integris, eoq; in ſaxoſis, denſisq; montibus magis, quales nullas admittunt aquas, & quales pleriq; exiſtunt; uapores, è quibus aquæ tantæ fiant, Platonis *tantum* Tartarus Ariſtoteli *præbeat, non terræ incluſa ſtagna ulla, quæ iamdiu exaruiſſe oportuit, in tot ſoluta uapores, at neq; quo ibi facta ſint pacto, docere* Ariſtoteles *queat, non è terra aquam generans, neq; è uaporibus è terra eductis, qui ſicci illi uiſi, ignem illi conſtituunt*
2. meteor. Cap 4. *tantùm, non aquas, neq; aërem, Quamuis autem haud celeriter in aquam craſſiſſima, denſisſimaq; immutetur* Terra, *nunq̃; tamen aquarum ceſſant effluxus, dum ſiquidem terræ partem in aquam inuertit* Sol, *in proximas etiam agit, & inalterat proximas, & in res immutat, quæ parum ab aquæ abſunt natura, ut igitur ſemel fluere cæpere, fluunt ſemper, & nunquam ceſſant, nunq̃; uel materia deficiente, uel agentis actione.* Non *uidentur autem maiores æſtate aquarum effluxus, quales eſſe oportere uideri queat, maioribus* Sole *agente uiribus, propterea quòd non in aquas tantum, at in uapores etiam terram inuertit ualens* Sol, *& ipſam ètiam eductam aquam, fortè & copioſiores aquas educit æſtiuus* Sol, *at maiores apparent hyme fluuij, non ex aquis tantùm facti à* Sole *eductis, ſed à deſcendentibus itidem pluuijs à terra, ut* Ariſtoteli *etiam placet, exceptis, uiſi certè ſunt fontes in longè maximis ſqualoribus non modo imminui nihil, a ualde etiam augeri, quod nimirum ualentior magis inuertat* Sol; E *terra igitur, & fluuiorum aquas, & reliquas omnes educere uidetur* Sol, *& quæ in cæli, terræq; ſunt medio, terram ipſam in illa omnia inuertens, immutanſq; etſi non unica, at propria pleraq; ut dictum eſt, actione.*

Cap. 19. Longè *autem plurima, longèq; diuerſiſſima entia è terra conſtituit* Sol, *ꝙ longè ipſe diuerſiſſimus, et in diuerſiſſimam agit terram, directus nimirum maximè, longè igitur potentiſſimus, maximèq; itidem obliquus, longè igitur debiliſſimus, eſt & ubi, diuturnus ubi temporis ferè immoratus*

moratus momẽto, et in terrã agit, primùm nõ bellè ſphericã at perpetuis ferè diſtinctam tumulis, montibuſq́;, et ob id uarijs expoſitam Soli modis et non eadem uniuerſam craſſitie datam, denſitateq́;, ſed longè diuerſiſſima, & nõ in ſupremas tantùm ipſius agit partes, ſed in multo etiam profundiores, multo igitur òbluctantes, repugnanteſq́; magis, a ſupremis occultatas, defenſaſq́;, at in quas tamen non à Sole tantùm aſſiduè emanans agat calor, ſed his etiam, qui illis ab eodem iamdiù eſt impreſſus Sole, ad ſuperiora, cognataq́; euolare impotens, nondum ea tenuitate nactus ſubiectum, quo euolaturus opus habet, calidiores itaq́; profundiores terræ partes, hyeme preſertim, nam in ſupremam illius ſuperficiem, magis ipſius expoſitam actioni, longè agit robuſtius Sol, & uapores igitur ingenerauit tenuiſſimos, & patentem illis egreſſum prebuit, ſuprema igitur terræ ſuperficies, elaſpo eo, qui ingenitus fuerat calore, ubi nihil ab obliquo calefit Sole, propriæ reſtituitur naturæ, denſatur itaq́;, durescitq́;, & riget etiã, gelaturq́;, quam igitur uehiculum etiam nactus internus calor, pertranſire nec queat, nec uelit, à præpotente contrario exitium perhorreſcens.

Diuerſum porrò calorem, eandem etiam rem in diuersa immutare, & nihilo non uniformem minus, declarari haud oportet, quod nimirum ipſis paſſim intueri licet oculis, at neq́; in terram modò, terræq́; diuerſas agit partes, ſed in ea etiam, quæ ipſe idem conſtituit Sol, nondum penitus propriæ effecta ſimilia, cognataq́; ſubſtantiæ, quæ & ipſa mutuò in ſeſe agunt, & mutuò à ſe ipſis patiuntur, & a puriore terra omnia, quæ non ſolũ deperditas ſui partes recuperare, et quæ à Sole effecta ſunt cõſtitutaq́; demoliri, corumpereq́; cõtendit, ſed omnia in propriam uertere naturam, alterat igitur aſſiduè, immutatq́; omnia quantum poteſt, non nulla itaq́; ab altero quaſi cœpta, perfecta uideas ab altero, non nulla ab utròq́; quaſi per uices agente, conſtituta apparent, effectaq́;. Cap. 20.

Cap. 21. Inquibus tamen non utriuſq; ingenium ſimul appareat, & uis, non ſiquidem quantumuis imminutus calor frigori coeat ulli; quorum nimirum odia nequaquam ullo imminui queunt pacto, aut ceſſare actiones, diuerſis itaq; inexiſtentia rebus, maximè etiam remiſſis, debilitatiſq; uiribus ſeſe mutuò aſſiduè oblædunt, opugnantq; tamen, eò igitur decertent magis ſibi ipſis colligata, atq; unita, & alterum, robuſtius præſertim, ualenſq; ſubiecto deturbet alterum, ſoli ſibi illud comparans uniuerſum. Non igitur in ente ullo ſimilare quod ſit, & uerè unum utriuſq; appareat uis, & natura ſimul, at utriuſq; in non nullorum conſtitutione, & utriuſq; in non nullis actio.

tiusq;

Cap. 22. Non ſcilicet uſquequaq; exuperans alterum, iuxta omnia exuperat, quæ propria ipſius ſunt, non igitur in ſummè craſſam agens rem magnus etiam, & diuturnus calor, inexiſtente frigore penitus interempto, deturbatoq; omni, attenuat etiam illam, quin uehementior compingit etiam quædam magis, minus craſſa, quæ inſunt, attenuans, & educens, egreſſum illis patefaciens apertiſſimum, & temporis momento, quo craſſiora neq; attenuari, & neq; molleſcere queant, craſceſcunt igitur, dureſcuntq; aſſiduè magis, aſſiduè attenuatis, elapſiſq; minus craſſis. Quæ remiſſius agēs calor, et lentè, & non ualde attenuans, nec patentem egreſſum, quo opus habent, patefaciens, nequaquam educit unquam, ſed craſſioribus, quæ emollit interea, aperitq;, immiſcet, ita ut uniuerſa tandem ſimul, eodemq; attenuet pacto, nusq; egreſſum ingenitæ patefaciens tenuitati, quam præſertim non ſummam facit. & ſibi ingreſſum occludens nunq;, atq; hoc factum uidetur aurum pacto, quantumuis igitur ab igne liquefactum, aut nihil, aut inſenſile quid imminuitur, non tenax modo ipſum, uiſcoſumq;, quale ſui elabentes retinere queat, effugenteſq; partes, at ſummè ſibi ipſi ſimile, cuius itaq; partes nullæ ſeorſum ab aliis pati queant quid, huiuſmodi à moderatiſſimo maximeq; uniformi factum calore, At non libens in non tenui immorans ſubiecto calor, nequaquam illud

illud craſsum perpetuò eſſe ſinit, ſed attenuat aſſiduè, & cum tenuitate facta elabitur aſſiduè, nequaq; in alieno eſse uolens loco, talia igitur longè tandem craſſiſſima fiunt, & longè itidem frigidiſſima, è ſummè itaq; arefactis lignis, è quibus ſcilicet calor omnis, omniſq; cum calore effluxit tenuitas, & in quibus igitur neq; a ualente etiam calore tenuitas ingenerari ulla amplius queat, nulla Ariſtoteli flamma, fumus educi uidetur nullus.

Quoniam igitur craſſioribus interdum rebus inditur calor, propterea calida quæ exiſtunt, ſi quidem tenuitatem educentia, non id operantur, conſtringendi ui prædita apparent interdum, neq; enim penitus iners materia, demortuaq;, at ab altero quoquo modo affecta, diſpoſitaq; principio, illius quoquo aſsumit uires pacto, alia ratione ens nullum, uere unum quod ſit, & ſimilare, contrariarum formarum actiones ædere poteſt, quæ nimirum ſimul eſſe nullo uelint pacto, At neq; exuperans frigus iuxta omnia, quæ frigoris propria exiſtunt, exuperat uſq;quaq;, neq; enim quæcumq; occupat, craſſa etiã ſiccaq; facit, ſumma repugnantia tenuitate, & quæ non niſi à ſummo ipſo, ac diuturno compingi, & craſceſſere queant, & aqua igitur magna etiam data frigore non craſſeſcit tamen, nec uapores inſigni dati tenuitate in aquas, multoq; minus in grandines ab ullo coguntur frigore, & multo ipſe minus longe tenuiſſimus aer, calori ſcilicet nuſq; coeat frigus, nuſq; itaq; alteri commiſtum ſit alterum, non cum illo pugnans, decertanſq;, at alterius ſubiecto tantiſper interdum inſideat alterum, non adeò exoſum illud habens, ut extingui excedens malit, quàm ſeruari in illo immoratum, quod præſertim immutare tandem, & proprium facere non deſperet, Non ob id igitur tantùm à Solis, terræq; actione conflata uideri poſſunt corpora reliqua omnia, quod nullum integris alterius præditum appareret uiribus ſed imminutis omnia, remiſſiſq;, ſed quod multa uidere eſt inſigni etiã data calore, nequaquam tamen tenuia facta, at longè etiam craſſiſſima Cap. 21.

ſima, & multa itidem magna ſimul frigiditate, & magna prædi- ta tenuitate, longè igitur diuerſiſſima, quæ è terra conſtituit Sol, quòd nimirum non in indiuiſibili ipſorum uires, & quòd diuerſus Sol, & in terram agit multis, diuerſiſq; modis repugnantem.

Cap. 24. *Quæ corrumpũtur autem in quatuor uocata elementa corrumpi uidẽtur, quòd nimirum propterea corrumpantur omnia, quòd inexiſtens elabi- tur calor, neq; enim libens alieno in loco, atq; inter contraria entia immoratur, egreſſum itaq; aſſiduè moliens, aſſiduè attenuat calor & cum tenuitate facta elabitur aſſiduè, at longè diuerſa, neq; enim omnia, neq; ſemper æque attenuare poteſt, quæ igitur & aqua ui- deri queat, & aer, & ijs tenuior, craſſiorq;, atq; inter hæc media quod reliquum ſit calore omni elapſo, & tenuitate educta omni, lon- gè frigidius, & longè effectum craſſius, terræ ſimile, et terra uide- ri poteſt.*

Cap. 25. *Quæ igitur in terræ exiſtunt, cœliq; medio, & quæ uel in terræ ſuperfi- cie uel in profundioribus etiam terræ partibus, & terra omnino non ſunt, è terra educta uidentur, conſtitutaq; omnia, ab uniuerſo quidẽ cœlo, præcipue tamen à longe potentiſſimo Sole, uariè inalterante, & uariè terram uincente; uariè uidelicet à repugnante terra paſſo, imminutoq;. Quæ itaq; à uincente magis, & a magis integro effecta ſunt, & minus paſſo cælo, ad illius naturam accedunt magis, & illi proximiorem occupant locum. Aer itaq; ſublunaris ſi non & ipſe æ- ternus, ingenituſq; à maximè directo, maxime igitur robuſto edu- ctus Sole, uel multis tandem abſolutus concoctionibus, à minime igitur imminuto conſtitutus calore, & calidus, & tenuis, & albus, & mobilis, & cælo proximum occupauit locum cælo ſimillimus, cognatus q;, non excreſcit autem, nec maior aſſidue ſit, locis nanq; occupatis omnibus nouo illabente ſpiſſetur oportet præexiſtentis pars, uel etiã deorſum deuoluatur, in inferioris omnino tranſeat naturam, qui à minus directo genitus Sole, et actione breuiore, à calore omnino im- minuto*

magis, à cæli igitur natura, quam ſuperior remotus magis, minus itáq; proprio ingenio calidus, & minus tenuis, & minus albus, & mobilis minus, & à proxima aſſiduè affectus terra, multo etiam minus, & qui frigidus etiam fiat, & in aquas craſſeſcat interdum, immobilis uideatur uſq; quáq;.

Mare autem, ut in proprio declaratum eſt comentario, è profondioribus erutum terræ partibus, è re igitur obluctante magis, & à magis paſſo Sole, minus etiam quam aer, propria natura calidum, & minus tenue, minuſq; album, at calidum omnino, à non ualente quidem, at diuturno eductum Sole, & craſſum, tenaxq;, cui igitur, & multus indi potuit calor, & è quo ingenitus haud facile elabi, aut extrudi queat, non penitus igitur demortuum, atq; immobile penitus apparet mare; Aquæ reliquæ è ſuperioribus quidem eductæ terræ partibus, è re igitur repugnante minus, & à magis robuſto Sole, marina tamen calidæ minus, breuiore confectæ actione, & longè marina paucio-res, quoniam non aquas modo è ſuperiore terra educit Sol, ſed & uapores itidem, ualentius in illam agens, & quoniam ingenitas etiam, & non dum elapſas aquas in uapores ſoluit, id enim, ut expoſitum eſt, rationi congruere uidetur magis, aquas nimirum à Sole è tera educi prius, quæ à terræ natura haud ualdè abeſſe uidentur, non uapores, longiſſimè ab illa diſſidentes, neq; igitur è terra emanantes aquas è uaporibus fieri in illius concauis à frigore compactis, ſed uapores è facta aqua educi, ex ampliore præterea terra extractum uideri poteſt mare, non è ſubiecta modo eductum, ſed è profundiore uniuerſa, & è magna Terræ altitudinis portione, in quam debiliter, lenteq;, at diu agens Sol, haud ualdè tandem exili calore, at modica donet tenuitate, in calidam igitur, ſalſamq;, at non tenuiſſimam inuertat rem, marinam nimirum aquam, quæ igitur neceſſario longè copioſior uideri poteſt facta, at & conſultò nihilominus, id enim maris craſſities præſtare uidetur, caliditaſq;, quòd terræ retundit, Cap. 26

D

atq́; imminuit frigiditatem, quam foueat aqueum exiſtens, atq́; augeat, non itaq́; proximas modò oras, ſed uniuerſum fortè terræ globum, eo afficiat frigore, quod animantium ferre haud queat genus, quod inde patere poteſt, quòd humillimæ terræ partes, quales tepidiores exiſtere à Solis luce è proximo reflexa maximè calefactas, & rationi congruum, & ſenſui patet, quia tamen ad lacum, uel ad paludem, uel ad fluuium, ad aquam deniq;, longè exiſtũt frigidiores, licet enim terra longè ſit quàm aqua ſui natura frigidior, quia tamen impreſſum à Sole calorem retinere, & conſeruare poteſt, longè apparet calidior, at quæ contra mari circumfluuntur, uel abluuntur, longè exiſtunt tepidiores, calidius nimirum propria natura exiſtens mare impreſſum à Sole calorem retinere & ipsũ poteſt, longè aqua craſſius, fortè & aer uniuerſus, longè quàm ad animantium oportebat ſalutem craſſior exiſtat, è tenuibus eductus aquis, quæ nimirum ingenitis uaporibus, quamuis nactis tenuitatem, patentẽ præbẽt egreſſum, at nõ mare craſſum, tenaxq́;, è quo ut exilire, atq́; euolare, & elabi uapores queant, inſigni dandi ſunt tenuitate, ex ijs itaq́; conſtitutus marinus aer tènuis uniuerſus, puruſq́;, at non lacuſtris uſq; quaq;.

Cap. 27. At non hæc modò, quæ prima omnia Ariſtoteli uidentur corpora, è terra educit Sol, ſed quæcunq́;, ut dictum eſt, è terra fiunt, lapides, metallaq́; omnia, & ſalſa, nitroſaq́;, & ſulfurea, bituminoſaq́;, & plãtæ inſuper, & animalium genera multa, ut ſuo declaratum eſt loco, & uapores itidem, at non è ſola elicit hos terra, ſed ex aquis etiam omnibus, ueluti et aerem, ſunt autem uapores aliquanto, quàm aeris eſt natura, craſſiores, qui itaq́; ſiuè ad eam ſublati aeris regionem, quæ minimè lucis gaudet reflexu, ab illius itaq́; compinguntur frigore, craſſeſcuntq́; magis, ſeu plures effecti, collectiq́;, & ſpiſſati inter ſe, quacunq́; omnino ratione craſſiores facti, in aquas coeunt, et

in gran

in grandines craſſiſſimi, quilibet ferè in niues à præpotente gelantur frigore, tenuiores gelari, compingiq́;, & craſſeſcere impotētes per aerē delati uēti apparent, ut in proprio expoſitū eſt comentario.
Et Plantæ igitur, & animalia è putri enata, & quæcunq; è Terra à Sole conſtituuntur, à ſimili, taliq; actu genita nobis, conſtutaq; apparent, qualia oportere eſſe, & uidetur, & uideri debet omnibus, neq; enim aliud agentis ullius in aliud uideri poteſt actio, quàm propriæ ſubſtātiæ in patiens immiſſio, & neq; aliud paſſio, quàm patientis in agens trāſmutatio. Neq; igitur aliud agat agens quoduis, at propria natura, propriaq́;, in quæ agit, donet ſubſtantia, & neq; patiens pati aliud queat, at in agentis tranſeat naturam. Viſum hoc, placitumq́; omnibus, & in longè plurimis fieri conſpectum, inquirere omnes impulit, à quò nam ſimili fiant, quæ è putri enaſcuntur animalia, ob hoc uel imprimis Idœas commentus uidetur Plato, rerum uidelicet formas in mente diuina exiſtentes, à quibus ſingulis ſingula conſtituantur entia, remotiſſimam, obſcuriſſimamq; rē, minimèq; naturali enuntiandam, cuius cognitio à ſenſu pēdet omnis, cui itaq́; aſſerendum omnino ſit nihil, quod uel non ipſum, uel ipſius ſimile percepit ſenſu. Iure igitur paſſim ab Ariſtotele reiectam, exploſamq́;, longè ipſe proximius, apertiuſq; & quod penè oculis intueri licet, à Sole omnia generari affirmat, ſolo quidē quæ è putri, et à calore āplius ſemini incluſo, quæ è ſemine oriūtur, at quæ ſit ranæ ad Solē ſimilitudo proxima, neq; explicat ullibi Ariſtotele, ſet neq; explicare unq; queat, qui nihil cum ſublunaribus cōmune habere uelit Solē, caloris itaq́;, quo agit expertē, nō propria agere natura, propriaq; ſubſtātia, ſed ueluti ex accidente, aerem commouendo, conterendoq́;; cui itaq; ex accidente uniuerſaliſſimum agere uideatur agens; & ab accidente inſuper nobiliſſimæ conſtitui ſubſtantiæ. Neq; igitur ſuis placet omnibus, & quibus placet, propterea placet quòd alijs diſplicet

Cap. 28.

Alxe. & Auer. 12. Metaph. cō. 18.

Them. i. de anima C. 24 et Alex. teſte Auer. 12, metaph. T. 18, Auicena.

magis, alij; & longe quidem clariſſimi illius poſitionibus acquieſcere omnino impotentes; quæ nimirum et multis premi uidetur anguſtiis, et nequaquam, ut dictum eſt, è putri enata à ſimili genita manifeſtet, uel uniuerſalem, atq; unicam m undo indidere animam, quæ animam materiæ indatcuiuis ſuſcipere ipſam aptæ, uel intelligentiam cõmẽti ſunt, cuius id eſſet munus, formas nimirum rebus indere, mirari utroſq; licet, & animalium animas, & reliqua, quæ fiunt omnia, à calore conſtitui uidentes, et ipſum inſuper, quem uenerantur, audientes Ariſtotelem, à calore conſtitui omnia, & omnia animæ eſſe plena, quòd caloris, calore omiſſo, aliam indagaſſe ſubſtãtiam, quæ animalibus animas, & rebus reliquis indat formas, & longè illam ſenſui ignotiſſimam, obſcuriſſimamq́;, & ab ipſo etiam reiectam, exploſamq; Ariſtotele. Antiquiorum igitur nullus, ut uidetur, à ſimili taliq́; actu, quæ fiunt, fieri explicare uidetur ſatis, ſummè omnibus uiſum neceſſarium, & ſummè inquiſitum ab omnibus, quod apud nos uel ipſa clarius, ni fallor, intueri licet luce. Calidus nimirum, tenuiſq́;, & ſummè ſentiẽs, ſummèq́; mobilis Sol, propria in terram natura, & propria agens ſubſtantia, propria illam natura, & propria afficiens ſubſtantia, ſi diu in eaſdem agat terræ partes, aut non adeo obluctetur contraria terræ forma, terram uniuerſam propria donet natura, in alterumq́; inuertat Solem, at momento tantùm agens, aſſiduè, uelociſſimèq; commotus, & in repugnantem, ut dictum eſt, agens, obluctantemq́;, neq; uniuerſam, & neq; in Solem, at ſupremas tantùm illius partes, & in res uertit, ſi non penitus ſibi ſimiles, non adeo certè, ac terra exiſtit, diſſimiles, caloris igitur, tenuitatiſq;, & albedinis, luciſq; participes, eſt & quas exquiſitiore ſẽſu donet, et motu, longè certè omnes quàm terra eſt, & frigidas & craſſas, & obſcuras, nigraſq; minus, & minus etiam ſtupidas, et immobiles minus, quæ igitur à Sole conſtituuntur, à ſimili con

ſtituta

ſtituta uidentur omnia. at à cõtrario paſſo, imminutoq́; , non itaq́; penitus genitori ſimilia, cognataq́;, at quæ illius tamen naturæ participia ſint ſubſtantiæq́;.

A ſimili igitur, taliq́; actu quæcunq́; natura fiunt, fieri manifeſtum ſit, ſi & ignis, qui motu, & durorum attritu fit corporum, ab huiuſmodi conſtitui uideatur, inquiratur itaq́; & hoc, & per ſe inquiri dignum, & quod inuentum, cur motus calorem generet manifeſtare queat, pro principio hactenus ab omnibus habitum. Motus, ut dictum eſt propria exiſtit caloris operatio, ea porrò ſubſtantiæ ad propriã cognatio eſt, & connexio operationem, ut ſeparari, ſeiungiq́; nullo queant pacto, non igitur propria operatio ſubſtantiam ſequi uidetur magis, q̃ ſubſtantia operationem, ut igitur ſtatim, atq́; ignis genitus eſt, mobilis uidelicet ſubſtantia, moueatur neceſſe eſt, & moueri prohibitus, nullo extinguitur temporis momento, ſubſtantiæ ſcilicet ſummè mobili immobilitas, contraria uidelicet operatio, mors eſt, ſic & è contra, ſiquid uel ſummè frigidum, ualidè, diuq́; commoueas, agiteſq́;, caleſcet, & in ignem tranſibit tandem, ſiquidem motus calidæ operatio ſubſtantiæ, alterius eſſe non uult, plumbeæ itaq́; ſagittæ per aerem uiolenter delatæ liquefiunt, in ignis nimirum naturam tranſire incipit plumbum, dum ualenter mouetur, dum uidelicet ignis operatur operationem, caleſcit itaq́;, & tenue fit, Aer igitur ualentiſſimè à duris commotus, contrituſq́; corporibus, ignis nimirum operatus operationem, in ignem trãſit, & nullo temporis momento, à quo non longiſſimè aberat, & maiore datus tenuitate, proximior etiam factus, & ſummè ut id fiat neceſſarium uidetur, propria ſiquidem operatio non cognata tãtùm, connexaq́; uideri poteſt ſubſtantiæ, ſed unum, idemq́;, non igitur calidæ operatio à frigida ædi poteſt, quod ſi cogas, in calidam abire etiam cogas, uelle igitur terram ignis operationem ope-

rari, ignem fieri eſt uelle, dum ſiquidem illius operatur operatio= nes, uim, & naturam illius aſsummat neceſſe eſt.

Cap. 30. E*t ut eo redeamus, unde digreſſi ſumus, ſi ea prima uideri debeāt, ſim plíciaq; corpora, quæ ab impermiſtis, integriſq; conſtituta ſunt prin cipijs, & in quibus igitur ſummæ propriæ uigent naturæ, cōtrariæ nihil commiſtæ, nihil à contraria paſſæ, imminutæ nihil, & ſummè ſibi ipſis oppoſitæ, contrariæq;, & quæ igitur in extremis poſita sūt locis, & quorum propriæ operationes oppoſitæ exiſtunt, contrariæ q;, & è quorum mutua actione, & quodam complexu, com= plicationeq; cœtera conſtitui omnia, pura ipſa, & impermiſta uideantur uſquequáq;, non ſiquidem non talia conſtituta pri= ma, ſimpliciáq; corpora, aut conſtituenda imaginari queat quis, & neq; talia exiſtere, qualia, conſtituta, aut conſtituenda fuiſſe uidē= tur, at immutata quicq; quæ ſi ſe tota oblædant quid, in chaos abeat pulcherima uniuerſi cōſtructio, neq; enim integris prima corpo ra prædita uiribus, ſeſe mutuò immutarint, & mutuò à ſe ipſis paſsa ſint, debilitata, atq; imminuta patiantur nihil, at in propria ſe, quod integra facere non potuere, ſeruent natura, & non ſibi ipſis con= fundantur, commiſceanturq;, & unum omnia tandem fiant, ſeu pe nitus exuperante altero, ſeu utroq; mutua actione paſſo, imminnto= q;, & uno tandem, eodemq; facto, neq; enim, dum id fiat, agere unquàm ceſſent, contrariis prædita uiribus, & ſeſe contingentia, et quæ in ſeſe mutuò agere cœperunt. & ſeſe mutuò immutare, quæ igitur, ut dictum eſt, niſi agendi ui exuantur, unum tandem fiant omnia, hoc ſi euenturum non placet, & qualia expoſitum eſt pri= ma oportet eſſe, ſimpliciaq; corpora, haud alia, quàm cælum, terraq; illa appareant, at neq; plura à duobus conſtitui queāt principiis, cæ tera omnia media loca, mediaſq; ſortita naturas, ab illis manare, et cō ſtitui uidentur ab illis, diuinitus itaq; prolatum uidetur, Cœlum, terramq; in princtpio à* Deo *glorioſo conſtituta eſſe, effectaq;.*

Aeternum autem utrumq; agens principium, atq; utrumq; primum corpus, contrario etiam nō carens, quale quod eſt, corrumpi uidetur omne, calor quidem, & ab ipſo conſtitutum cælum, quod longè maximū, et longè potentiſſimum, longiſſimè à minima, & debiliore abeſt terra, quæ propterea æterna & ipſa, & neq; à reliquis diuinis corporibus, neq; ab ipſo tota corumpitur Sole; quòd longè ut dictum eſt, remotiſſimus, perenniq;, & uelociſſimo, ſemperq; uario delatus motu, haud diu in eaſdem agit terræ partes, non itaq; uniuerſam immutare poteſt terram, at ſupremam illius ſuperficiem, quæ tamen & ipſa perpetuò apparet eadē, uariis reſtituta modis, quibus à Sole ſpoliata eſt partibus

Nec uerò aliter ſuadeat Ariſtotelis ratio, qua & uniuerſam corrumpi contendit Terram, & ſublunaria omnia, propter a quòd communem omnia ſortita ſunt materiā, quæ igitur formas ſuſcipere apta omnes, ab una perpetuò detineri nec queat, nec uelit, uel nulla igitur contraria in inexiſtentem agente, ſola materiæ appetentia, potentiaq; deturbare illam, atq; eijcere ſatis Ariſtoteli uidetur, & ſublunaris itaq; aer à nullo ipſi uiſus pati contrario, corrumpi uidetur tamen, materia in illa perpetuò acquieſcere nolente forma, at & alias, quas ſuſcipere poteſt appetente, & ſuſceptura omnino, neq; enim fruſtra quid poſſit, Inexiſtere uidelicet materiæ uniuerſæ, & cuilibet materiæ portioni formæ omnes, qualitateſq; Peripateticis uidentur, at non omnes ſemper actu, ſed unica tantum, reliquæ potentia, non agentes nimirum, at ueluti ſtertētes, quæ igitur niſi actu interdū, & æterno tempore quaſi per uices fiant, fruſtra ibi à natura inditæ uideantur. nam præterq; quòd rem ponunt, quam nulla concipere queas imaginatione, multæ illam excipiunt anguſtiæ, primùm.n. ſi, ut Peripateticis placere uidetur, materiæ inſint formæ, qualitatesq; multas, & ſummè etiam contrarias ſimul ineſſe oparteat, neq; enim ſummè contraria uſquequaq; exiſtit altera, ſed mediæ plerūq;, nec uerò quòd non actu exiſtant, at potentia tantum, ſimul eſſe poſ- Cap. 21.

ſe

ſe dixerint contrarias omnino exiſtentes, & contraria appetentes, & quarum utraq; potentia exiſtens tantùm, actu exiſtentem contrariam, uigentemq; ſubiecto deturbare uidetur Ariſtoteli, Mirum præterea ſi quæ actu exiſtentē, agētemq;, et repugnantem deturbauit, interemitq, demortuam iam, aut uelut in altiſſimū deiectā ſoporē, & omni agendi ui exutam, non penitus eyciat, & interimat contrariam omnino, & aſſiduè ipſius interitum appetentem, molientemq;, & quam ſibi exitio futuram ſciat tandem. Niſi nihil materiæ natura exiſtat, at formæ tantum, qualitateſq; in potentia, nullus itaq; materiæ, & ſubiecti ad rerum conſtitutionem ſit uſus, ſed ſolæ formæ, ſolæq; ſufficiant qualitates, quod Ariſtoteli placere haud poteſt, materiam, ſubiectumq; imprimis ad rerum generationem neceſſarium, longèq; illius naturam a priuatione diuerſam iudicanti, & à formis, qualitatibusq; in potentia, quæ forma, qualitaſue contrariam actu exiſtentem, uigentemq; deturbauit, & repugnantem, nequaquam potentia, aut ullo ibi ſinet eſſe pacto. Caliditas nimirum quæ aquæ, uel terræ frigiditatem uigentem in illa, & actu exiſtentem deturbauit, interemitq;, nequaquam in materia, quam penitus occupauit, & in qua uiget ipſa, regnatq;, uel potentia, uel alio quouis modo eſſe uolet, uel ullo uiuere pacto, nec repugnare potentem, nec ſeſe occultare, nullas uidelicet ſubire latebras, in quibus à caliditate penitus omnia permeante, occupanteq: non deprehēdatur, et deprehenſa nō exitio detur. At & illud mirum, atq; adeo inimaginabile uideri queat, materiæ nimirum uniuerſæ, & ſingulis quotuis ipſius portiunculis eaſdem ineſſe potentia formas, nam et hoc oportet, nunq; eadem permanente materia, at diuiſa paſſim, diſſolutaq;, forma itaq; actu unica à contraria interempta, & materia, cui inexiſtebat diſcerpta, diſſipataq;, in mille abit formas potentia, tot nimirum potentia fit, quot materiæ partes, in illis itaq; ſingulis actu fieri poteſt. eſt ubi & fit ex unica igitur actu, mille

potentia

potentia, è mille rurſus potentia, actu unica, coactis rurſus, unitiſq; materiæ partibus, At neq; corrumpatur omnino forma, qualitaſue ulla unq;, nec generetur itaq; unquam ulla, ſed quæ interimi uidetur, corrumpiq;, ueluti in ſoporem deijciatur, ueternumq;, expergefiat ubi generari uidetur, perpetuò eadem exiſtens, at modò actu, poten tia modò, modò nimirum uigens, agensq;, ſtertens modò, agendi ui exuta, nec forma tantùm, at propriæ itidem formæ qualitates, è ma teriæ ſinu Peripateticis educi uiſæ & ipſæ, ueluti & formæ, for marum itaq;, qualitatumq; eductio omnis, non illarum generatio, at expergefactio ſit, aut reſurrectio, in eadem materia perpetuò forma eadem remanente, id tantùm à ſe ipſa differente, quòd non perpetuò uigilet, atq; operetur, ſtertens, ut dictum eſt, interdum, ac deſes.

Quæ omnia quando uel ipſis etiam longè abſurdiſſima uideri queant Pe ripateticis, nō propterea potentia materiæ ineſſe uideri poteſt, quòd formæ inſint perpetuò omnes, at non agentes, neq; actu, ſed poten tia, ſed quòd à qualibet occupari queat, deteneriq;, at iners ipſa, pe nè & non èns, ſi quid appetit, formam modò appetit, at non hāc, quàm illam magis, detinente uſq;quaq; contenta, lætaq;, neq; ullam eijcere expetente unq;, & quòd ſemper ab aliqua occupata ſit for ma, nuſq; igitur forma omni denudetur; non ipſa in cauſa eſt mate ria, quæ per ſe iners, demortuaq;, ferè & non ens, operari nihil po teſt, ſed harum natura ſubſtantiarum, quæ proprijs ſubiectis non cō tentæ, ulterius ſeſe diffundunt, & ſe ipſas, amplificant, quoad poſ ſunt, & utraq; occupare cōtēdit omnia, & occupet utiq;, niſi ab al tera reijciatur, deturbeturq;, deturbari ipſa, interimiq; nolens, repugnanſq;, quæ igitur niſi ab externa agente, & robuſtiore detur betur, atq; interimatur, perpetuò ibi uiuat, uigeatq;, materiæ appeten tia neglecta, contemptaq;, & ſuperata potentia, non ſcilicet, uel pro priam ſalutem materiæ poſt habeat appetentiæ, uel actu ipſa exiſtēs, uigenſq; à ſtertente, demortuaq; eijciatur, ſupereturq;. Non igitur Cap. 33.

E

ut hoc etiam hoc examinetur loco, quæ conſtituuntur formæ, non generantur, ſed præexiſtentes, ut Peripateticis placet, & in materia deliteſcentes, educuntur ex illa tantùm, & ueluti expergeſiunt, materia tantùm ab externis ſimilibus agentibus formis parata, & concinna illis facta, propriaq́; quam nactæ per ſe illæ eluceant, & in opus exeant, quod alioquin, & obſcuriſſimum uidetur, & longè plurimis ſcatens difficultatibus, ut expoſitum eſt, & aptiore amplius exponetur loco, ſed uerè generantur, præexiſtentes nihil, ab externis ſe ipſas, ut dictum eſt, amplificantibus, multiplicantibusq́; & propria natura, quæ poſſunt proxima afficientibus omnia, & ſe ipſas in quibus poſsunt generãtibus omnibus, quod mirum Peripateticis uideri haud debet, omnium maximè naturale aſserentibus opus, quale ipſum generare, non præexiſtens nimirum facere, non quidem è non ente, uel non ens omnino, ſed è præexiſtente materia, eaq́; nõ penitus informi, ſed cui externæ, agentiq́; contraria inexiſtat forma, qua deturbata, interemptaq́; forma agens materiam ſubit, occupatq́; non quidem præexiſtens, quaſi igitur è ſubiecto migrans in ſubiectũ, ſed ſe ipsã, ut dictum eſt, amplificans, multiplicansq́; & in alijs producens, generansq́; inalterans illa, & propria afficiens natura, quod proprium formarum, qualitatumq́; agentium omnino naturarum uideri opus queat.

Cap. 34. At neq́; ut ad inſtitutum redeamus, nobis tantùm, ſed neq́; ipſi firma propria appareat Ariſtoteli ratio, ſi ſiquidem quod potentia eſt quid, neceſſariò id futurum ſit actu, Terra uniuerſa ignis potentia, actu uniuerſa futura ſit ignis, neq́; enim ita potentia eſt ignis, quòd ipſius pars modò, poſterius altera, ſed uniuerſa ſimul in ignem uerti poteſt, igitur & uertetur, uel uerti ſaltem poterit, neq́; ipſa tantùm, at & ſublunaria omnia, omnia ignis potentia, & non eſſe etiam iuxtà

12. metaph. 30. Ariſtotelem poterunt, quod enim potentia eſt, inquit, poteſt non eſſe, at mundi, quam uidemus, conſtructionem diſſolui, aut immutari

impoſſibile

impoſſibile uidetur, non igitur potentia materiæ inexiſtens, qua ſci-licet pati ab alio poteſt quid, neceſſariò ad actũ ducenda eſt, nequaq; uerè propria, & ex ſe, abſolutaq;, & libera exiſtens potentia, ſed ueluti agẽtis, patiẽtisq; cõmunis, & ſub cõditione, ſi ſcilicet agẽti coeat patiens, debilius uidelicet robuſtiori, quæ nimirum coire non uſq; quaq; eſt neceſſarium, in quæ igitur quauis occaſione contrarium, robuſtiusq; agere non poteſt, æterna appareant illa, & corrumpantur nunq;, & ea tantum potentia, nõ ad actũ modò ducatur oportet, at actui ſemper infixa ſit, & unum omnino actui, qua iuxta propriã naturam operari poſſunt entia, quæ nimirum ſingulis inexiſtens, & ſingulorum propria, nullo externo ad proprium indiget opus.

At agè rebus etiam ipſis, quibus melius multò elucet ueritas, & quibus poſitiones noſtras accommodare conuenit magis, quàm poſitionibus illas, placitisq; noſtris, num uera ſit Ariſtotelis ſententia, intueamur, quando quodcunq; patitur, atq; immutatur à contrario tantùm patitur, & à contrario immutatur tantùm, terra ſi paſſura eſt, à calido patietur, uel ab humido iuxta ipſos, & omnino à Solis pati uidetur calore, Sole itaq; illam calefaciente, & illius immutari uidetur ſuperficies, & in longè plurima, longèq;, ut dictum eſt, diuerſiſſima uertientia, At & fluuij, lacusq; ex ipſa orti, atq; aquæ omnes terram madefacere apparent, ſed nihil horum, neq; ipſe longè potentiſſimus Sol, in uniuerſam agere terram, & uniuerſam ipſius profunditatem, quæ ſtadiorum 28000. perhibetur eſſe, calefacere, atq; immutare uideri cuipiam poterit, qui nullum ferè illam ſubiens ſtadium, longè ſentiat frigidiſſimam, nihiloq; hyeme, quàm æſtate minus, neq; enim uel terræ proprius, uel in ualdè profundum penetrare calor uideri poteſt, qui in frigidis cõſtitutionibus ſub terræ ſentitur ſuperficie, qui nimirum ab æſtiuo ibi eſt impreſſus Sole, & non elapſus, à ſubiecti, ut dictum eſt, retentus craſſitie, quòd non dum tenuè fecit, & à ſuprema inſuper terræ ſuperficie, quæ à Sole attenuata magis, pa- Cap. 35

tentem aſſiduè egreſſum in ipſa genito præbet calori, elabi apto magis, à robuſtiore Sole ſubiecto dato tenuiore, & quæ igitur calore nullo inexiſtente, ubi non amplius à directo calefit Sole, propriæ reſtituitur naturæ, denſaturq;, & riget etiam interdum, quam igitur in inferiore factus terra calor, pertranſire nec queat, nec uelit, at ab accedente Sole rurſus calefacta, & attenuata, elabitur uniuerſus, gelida igitur per æſtatem ſubterranea loca, quæ per hyemem calent, ꝙ nimirum non proprio calebant calore, qui à cognato, ſimiliq; foueatur, atq; augeatur, quantuscunq; porrò is ſit, & quantumuis immoretur, nequaquàm ualde profunda ſubire queat, longè interno, & proprio Terræ frigore debilior, à Sole genitus longè remotiſſimo, & momento in eaſdem agente partes, & in repugnante factus, obluctanteq; re, qui itaq; nullo ab illo reijciatur negotio, & interimatur etiam tandem. Non *itaq; terra uniuerſa, at ſupremæ tantùm ipſius partes à calore calefieri apparent.* At *neq; ab humiditate madefieri ulla, cui ſi aditum præbeat terræ denſitas, unum fiant terra, & mare, oportuit nimirum, quò perpetuò qualis exiſtit mundi conſtructio permaneret, & ipſe igitur mundus, æternum eſſe utrumq; agens principium, utrunq; igitur è communi materia, quaſi propriũ ſortiri ſubiectum, è quo nullo unq̃ ab altero èxtrudi, expelliq; poſſet tempore, in illo itaq; ueluti in propria, & tutiſſima regnaret arce, ſummè igitur loco illa diſtare, & non perpetuò, nec diu in eaſdem alterius agere alterum partes, Solem igitur, cui agendi uis ineſſe uidetur maxima, non proprio tantùm deferri motu, ſed ab alio etiam rapi, & longè quidem uelociſſimo, qui nimirum diu in easdem agens terræ partes exurat illas, & terram deniq; omnem, nam ſi undiq; deturbari utrunq;, aut alterum etiam queat, periculum, ut dictum eſt, immineat, ne uel altero interempto, unũ fiàt oĩa, nullaq; adſit quies, & permanentia entibus, in chàos itaq; pulcherrima quæ apparet mundi conſtructio, & pulcherrimus rerum delabatur ordo,* V*trũq;*

naturæ exoſum, quæ qualiaue conſtituit entia ſeruari uolenti omnia, prima præſertim corpora, & ſui utrunq; gratia, fortè & alterius alterum neq; enim corrupta terra firmum quid, ſtabileq; habeat, circa quod uoluatur cœlum, ſi firmo huiuſmodi, ut Ariſtoteli placet, ad proprium peragendum motum, opus habet cælum. At id potius ab immobili habet terra cælũ, quòd retentum ab illa loco dimoueri, & ueluti per inane uagari non poteſt, diuinitus itaq́; firmamentum uideri queat dicta, At ſiue alterius tantùm, ſeu ſui etiam conſtituta gratia, ſeruari certè oportuit, & iuxta ſuam uniuerſitatẽ ſeruari & ipſa uidetur, at longè ignobiliſſima, longè etiam conſtitui oportuit minima, longè maxima, quæ natura ſunt præſtantiora, diuinioraq́; entia, & talia igitur conſtituta fuere.

At quoniã caloris expers uidetur Ariſtoteli cælum, & calorem ſuſcipere omnino impotens, & ſuorum non nulli caliditatem, frigiditatẽq́; ſubſtantias eſſe negant, quæ igitur nec primorum corporum formæ, & multò miſtorum minus, nec rerum principia omnino eſſe queant, quæ nimirum ſubſtantias conſtituentia', ſubſtantias eſſe oportet. Et, non id quidem Ariſtoteles, ſed efficientia eſſe principia, explicandæ uidentur, atq́; examinandæ illorum rationes. Et illa imprimis, quæ calorem cælo abnegat, ſi ſiquidem non firma apparuerit, ipſi imprimis Ariſtoteli calidum uideatur ſummè calefaciens cælum, & eò etiam amplius, ſi nequaquàm ſublunaria commouens, conterensq́; Sol, ut Ariſtoteli placet, calorem facere apparuerit potens, quod ſuo itidem demonſtrabitur loco, at neq́; ſi à propria ſubſtantia calefacere uideatur Sol, ambigere oporteat amplius, num ſubſtantia, & forma exiſtat calor, cæli ipſius, & ipſius forma uiſa Solis, neq́; enim aliam Soli attribuant formam, quàm quæ ſola agere, & operari uidetur ſola, illud inſuper ab Ariſtotele edocti, ſubſtantias uidelicet haud temerè, & nulla multiplicare neceſſitate, Age igitur Ariſtotelis ratio explicetur, qua & calorem, & ſublunarium qualitates Cap. 36.

reliquas

reliquas demit cælo, et penitus diuerſæ ab illis cõſtituit ipsũſubſtãtiæ.

Cap. 37. 2. de cælo, T. 14. *Cæ lum quidem uniuerſum, uniuerſi uidelicet orbes, & Sol, & ſtellæ reliquæ in illis contentæ eiuſdem Peripateticis eſſe uidentur naturæ, raritate igitur, ac denſitate differre inter ſe tantùm, at ſummè tamẽ calido apparente Sole, & ſummè calefaciente, minime calidum eſſe uolunt cælum, nec calorem omnino ſuſcipere aptum, à natura conſti-tutum longè à calore, frigoreq; diuerſa, neq; igitur leuitatem ineſſe cæ lo, nec grauitatem, ea potiſſimum adducti ratione, quòd cælum circu-lo natura feratur, at non corpora, quæ calida ſunt, aut frigida, leuiaq;,* 1. de cælo T. 17. & 18. *aut grauia, quæ recto omnia motu, aut à medio ueluti ignis, atq; aer, aut ad medium ueluti terra, atq; aqua, quoniam igitur naturalis propri usq; cæli motus diuerſus à ſublunarium apparet motu, diuerſa etiam à ſublunari cæleſtis Peripateticis uidetur ſubſtantia. Obid præterea* primometeor. T. 22. *ſtellas, orbesq; ex igne eſſe negat Ariſtoteles, quòd maximè actiuus ignis, iamdiu tantus exiſtens, cætera corrupiſſet corpora, & mate-riam occupaſſet omnem, propterea uidelicet ſeruari à mutua actione prima uidetur Ariſtoteli corpora, quòd non alia ſe excedunt ratione, at qua tantùm in ſe ipſa innuerti uidentur, illam uidelicet ad aerem uniuerſum uniuerſa aqua habere rationem, quam aquæ portio habet ad aerem ex ipſa factum, ſeruari igitur prima corpora, quaſi exæqua tis ipſorum uiribus, quæ ab uno exuperante corrumpantur omnia.*

primometeor. cap. 3. *Illud etiam inditio eſſe ait minime igneum eſſe cæleſte corpus, quòd nequaquàm in cælo fiant, quæ currere uidentur ſtellæ, impaſſibili ni mirum, minimeq; à motu accendi potente, quale ſubiacens uidetur corpus, nam non in ſupremo ipſas fieri cælo, uelociſſimus indicat ipſa rum motus, quo momento temporis maximam ſemicirculi conficere uidentur portionem, et quam uix multis abſoluit inerrans horis, neq; enim huius motum præuenire illas dixerit quis, non igitur igneum cæ lum, neq; igniri aptum, aut igneam omnino naturam ſuſcipere, ſi ſiqui dem accẽdi poſſet cælũ, in ipſo utiq; fieret ſtellæ, à longè uelociſſimo*

accenſo

accenſo motu, Sol præterea, inquit, qui præcipuè calidus uidetur, albus apparet, non igneus.

Propterea igitur diuerſum ab elementis uidetur Ariſtoteli cælum, & à proximo etiam, contiguoq; igne, quòd diuerſus ipſorum naturalis apparet motus, circularis nimirum cæli, elementorum rectus, ad medium terræ, atq; aquæ, à medio ignis, aeriſq;, nam quem habet motum circularem ignis, qui è cometarum præcipuè colligitur motu, à cæli motu illi datus uidetur, neq; enim ſimplex corpus diuerſis, aut pluribus natura moueantur motibus. Quòd autem & reliqua, & ipſa etiam ui moueatur terra, propterea uidetur Ariſtoteli, quòd natura motus principium uiſa eſt, quæ igitur natura conſtant corpora omnia, omnia motus principium in ſe ipſis habentia, natura moueri uidentur, Præterea quia moueri apparēt, ſi ſiquidem natura nō mouēatur, ui moueri ipſa eſt neceſſe, et præter naturā, at ſi præter naturā eſt quispiā motus, et ſecūdū naturā neceſſe eſt eſſe, præter quē ille eſt, quod .n eſt præter naturā, poſterius eſt eo, quod eſt ſecundū naturā, & exceſſus quidā eſt in ipſa generatione eius, quod eſt ſecundū naturā, tū etiam quia quieſcunt, nam aut ui, aut natura quieſcant neceſſe eſt, ui autem ibi manent, quò & ui feruntur, & ſecundnm naturā itidē ibi manent, quò & ſecundum naturā feruntur, cùm igitur aliquid in medio manere uideatur, ſi ſecundū naturā, patet & lationē qua huc fertur, ſecūdū naturā ipſi cōpetere, ſi ſcilicet ſecūdū naturā eſt quies, erit ſecundū naturā ea latio, qua ad hunc itur locum. Tū præterea quòd & terra, & ignis, quò propinquiora ſunt locis ſuis, illa quidē medio, ignis uerò ſupero, eò celerius feruntur, natura igitur mouentur non ui aliqua, omnia. n. quæ ita mouentur, cum longius ab eo, quod uim intulit, diſtant, tardius ſanè feruntur, atq; unde ui pulſa ſunt, illuc redeunt non ui ſed ſuapte natura feruntur. At & tardius maior terra deorſum, & maior ſurſum moueatur ignis, ſi ui ita mouēatur, nunc autem contrarium fit, ignis. n. maior, & maior terra

Margin notes: Cap 38. — natura primo de cælo T. V. — 3. de cælo T. 18. & 19. — 1. de cælo T. 88. — 3. de cælo T. 51.

celerius

celerius proprium locum petit, Igitur & terra atq; aqua deorſum, ſurſum ignis natura fertur, atq; aer, quoniã igitur natura Ariſtoteli ſub lunaria moueri uidentur, & diuerſo à cæleſti moueri motu, diuerſæ uidetur à ſublunaribus naturæ, ſubſtantiæq; cœlum.

Cap. 39. Rectè *quidem* Ariſtoteles *ignotam cœli ſubſtãtiam ab operatione uenatur, & eius ad ſublunaria differentiam, ab horum ad cœli operationẽ diſcrimine,* Vnius *ſiquidem ſubſtantiæ, ipſe inquit* Ariſtoteles, *unica eſt operatio,* Et *illud inſuper, ſubſtantiam quamlibet ſtatim atq; ædita eſt, ſuam operari quàmlibet, factus itaq;, inquit* Ariſtotoles, *ignis nullo temporis momento ignis operationem operatur, mouetur nimirum, & dum exiſtit ignis, operari haud ceſſat unq̃, & moueri prohibitus, nullo extinguitur temporis momento, nihilo quàm propria priuatus natura minus, at neq; penè aliud à propria natura propria uideatur operatio, non itaq; corrumpas modò omnia, quibus propriam auſers operationem, ſed & illius (ut dictum eſt) naturam aſſumere, cuius operationem operari cogis, calent itaq; à motu omnia, & à ualido igneſcunt etiam, & ignis tandem fiunt, quòd nimirum caloris operatio motus, à non calida ædi non poteſt ſubſtãtia, neq; enim terra exiſtens ignis, cœliq; operetur operationẽ, nõ igitur à ſubſtantia manãs, & ſubſtantiæ unita, at ſubſtantiæ unũ propria uideri operatio queat, nihil igitur æquè, fortè & aliud nihil rei ullius indicet ſubſtantiam, at propria tantùm operatio.*

de ſenſu & ſenſili.

1. phys. tex. 32.

Cap. 40. Ea *porrò propria uideri poteſt operatio, quam entia operantur in propriò exiſtentia loco, & in propria natura, & qua ſeruantur, & illa amplius, quam perpetuam operari uidentur, atq; inceſſantẽ, id enim uidetur natura, non omnino propria, quàm à proprio loco, & à propria abſtracta operantur natura, quam nimirum propterea operari uideri poſſunt, quò ad proprium locum, propriamq; ferantur naturã, eòq; amplius, ſi ad proprium delata locum, & propriæ reſtituta naturæ, non illam operentur amplius, at ab illa diuerſam, quæ nulla*

ædita

ædita neceſsitate, iuxta propriam ædita uideatur naturã, aliena omnino uideatur, contrariaq;, qua corrumpi uidentur entia. Quæ igitur eandem operari uidentur operationem, eiuſdẽ omnio uideri debent naturæ, quæ contrariam contrariæ, & diuerſæ, quæ diuersã.

Recte igitur diuerſa à ſublunarium cæli Ariſtoteli uideatur ſubſtantia, ſi cæli motus, cæli nimirum operatio, diuerſa à ſublunarium apparet operatione, at ſublunarium terra immobilis apparet, atq; inmota ſemper, & ſeruari immobilitate, corrumpi à motu, maximè mobilis ſublunaris aer, & perpetuo gaudens motu, nihilò quam cœlũ minus, qui itaq; motu ſeruari, moueri prohibitus corrumpi & ipſe uideatur, extinguiq;, ueluti & noſter ignis quicunq;, cognatus illi ſimilisq;, Terra itaq; Ariſtoteli penitus cælo contraria uideri debet, quàm ſimillimus ſublunaris aer, terræ contiguus haud penitus diſſimilis, perplacido quidem, at aſſiduè tamen agitari motu uiſus, & corrumpi incluſus, motuq; prohibitus, & mare ipſum, & aquæ omnes aſſiduo moueri uiſæ & ipſæ, & ipſæ itidem ſeruari motu, corrumpi immobiles factæ, Cap. 41.

Nec uerò diuerſæ ab igne naturæ, & à reliquis mobilibus corporibus uideatur cœlum, quòd diuerſo ab illis mouetur motu, circulari nimirum cælum, recto illa, uel à medio, uel ad medium, & non terræ contrarium, ſed & ab ipſa itidem diuerſum, quòd illius partes ad medium ferri uidentur, primum enim nequaquam motui ulli motus contrarius, aut diuerſus uidetur ullus, non igitur ſingulos illos ſingulorum eſſe ſimplicium corporum proprios, ſed omnes ſubſtantiæ cuiuslibet mobilis communes, moueri itaq; poſſe omnibus, quod propria mobile eſt natura, & non hoc, quàm alio magis. Animalium igitur corpori inexiſtens anima propria ipſa mobilis naturã, non arterias tantùm contrarijs commouet motibus, ſed omnibus mota ipſa, moueri apta omnibus, circumpoſitum ſecum commouet corpus, neq; enim ab immota, & uolente tantùm anima, ut Ariſtoteli placet, moueatur unq Cap. 42

corpus ullum, ut ſuo apertiſſimè demonſtratum eſt loco. Motui igitur nulli, nullus contrarius, aut diuerſus appareat motus, ſed ab alio ſecundum ſitum, poſitionemq;, & reſpectum differre alius, eadem omnes exiſtentes operatio, ea itaq; ad contraria tendentes loca à ſe ipſis differant motus ratione, qua à Megaris Athenas ducens uia, à ſe ipſa ab Athenis Megaras ducente, uel ſcala ad ſuperna, infernaq; iter præbens. At neq; ipſa forte loca contraria ſibi ipſis exiſtant, oppoſitaq;, niſi contentorum gratia corporum. Non igitur motui contrarius motus, ſed immobilitas, & immotio (ſi dicere liceat) à contraria Ariſtotelis etiã teſtimonio, ut declaratũ eſt, manans ſubſtantia, & motum corrumpens, & corrupta à motu, & quàm longiſſimè à motu diſſidens, at omnibus & cælum, & ſublunaris aer moueri potens motibus, circulari mouetur ſolo, circulari ſolo gaudens, quo nimirũ ſolo ſibi unitus, collectusq;, minimèq; a ſe ipſo ſeparatus, diuiſusq; unq̃, et neq; alienis, cõtrarijsq; proximior factus quicquã, æterno, perenniq;, atq; uniformi moueri poteſt, mouetur q;, in proprio loco, & in ſe ipſo, ſe ipſo contentus, nullo indigens, & neq; appetens externum ullum. Eandem igitur aut contrariam ſublunaribus operans operationem, ſimile illis, contrariumq; uideri debet cælum, nõ ab illis diuerſum, & nihil commune habens illis:

Cap. 43. *Tum ſi id detur etiam Ariſtoteli, haud dandum omnino, contrarios uidelicet inter ſe, diuerſosq; eſſe motus, & uni ſimplici corpori motum conuenire unicum, non propterea declaret Ariſtoteles unq̃ diuerſum à ſublunaribus cælum, quòd diuerſo moueatur motu, neq;. n. proprium eſſe ignis motum, quo alieno genitus in loco ad proprium locũ, & ad propriam fertur uniuerſitatem, & non illum quo uniuerſus ipſe in ſe ipſo, & in proprio circum uoluitur loco, & neq; corpora naturalia omnia, & terram etiam ipſum proprium habere, & naturalem motum, ſatis explicare Ariſtoteles unq̃ queat. Et ſummè admirari ipſum hoc facientem licet, qui penitus immobilem intuitus terrã,*

&

& immobilem etiam eſſe oportere, multis declarans rationibus, eo potiſſimum argumentum naturalibus corporibus omnibus motum aſſignat, quòd Natura motus uiſa eſt principium. Naturā itaq; ipſam & proprium etiam ſenſum proprys poſt habens poſitionibus, & ſibi etiam diſſentiens ipſi, Naturam ſenſumq; & proprias etiam ſequuto Ariſtoteli poſitiones non minus immobilitatis, quàm motus Natura principium uideri debuit, terra penitus immobili conſpecta, atq; immota ſemper, & immobilitate gaudere, & ſeruari immobilitate, corrumpi à motu, & quæ ut dictum eſt, immobilis eſſe ipſi oportere uiſa eſt, & à frigore conſtitui, cui, ut uiſum eſt, ipſe itidem immobilitatem aſſignat. At neq; quòd terræ partes ui moueri uidentur, natura terra uniuerſa uel ipſæ moueri uideri debent partes, quid. n. impedimento eſt, quominus propria terra immobilis natura, ab aliena moueatur ui, alienam itaq; ui operetur operationem, quæ in alienam uerti poteſt ſubſtantiam, motus nimirum corporum proprius at non omnium, ui omnibus dari poteſt, Neq; igitur quod præter naturam aliquo mouetur motu, natura huic contrario moueri uideri debet, quod. n. propria eſt immobile natura, ui & præter naturam mouetur, quocunq; moueatur motu, natura nullo omnino, Niſi igitur corporis naturalis nullius propriam eſſe immobilitatem declaret Ariſtoteles, quod ut uiſum eſt, nunq; faciat, non ſenſui, & ſibi etiam ipſi diſſentiens, ui moto corpore quouis, alterius quidem corporis proprium eſſe motum illum, & naturalem declaret, at non eius quod ui mouetur, illius contrarium, aut motum omnino ullum. At neq; à quiete ſumpta ratio, ſatis uidetur firma, non ſiquidem natura itidem moueri uideri debent, quæ natura in proprio quieſcere apparent loco, neq;. n. enti uni non plures modò at ſummè etiam contrariæ aſſignandæ ſunt operationes, Ariſtoteli præſertim, unius ſubſtantiæ, ut dictum eſt, operationē eſſe unicam, affirmanti, longè abſurdum ſit minus, & minus etiam impoſſibile corpori

2. de cælo T. 100. & ſequentibus.

uni duos largiri motus, quod abhorrere uidetur Ariſtoteles, quid duos? motus omnes, differre etiam inter ſe uiſos quid, quàm motũ, atq; immobilitatem, quæ uerè, ut dictum eſt, & ſola motui opponitur, nam quies non motui, at labori opponi uidetur, non igitur motus quoſcunq; excipit quies, at laborioſos tantùm, non proprios nimirum, & non naturales, ut ſuo amplius declaratum eſt loco.

Cap. 44. At neq; quòd Terræ partes à proprio loco, & à propria abſtractæ uniuerſitate ſponte delabantur ſua, & uelocius quò maiores, et quò proprio loco factæ ſint propinquiores, naturalis is Terræ partium uideatur motus, & ipſius igitur Terræ, non ſiquidem alia partium, alia totius ſit uniuerſitatis operatio, is. n. ut itidem expoſitum eſt, eſt entium omnium propriæ conſeruationis, & cognatorum igitur appetitus, ſtudiumq;, atq; amor, propriæq; deſtructionis, & contrariorũ igitur auerſatio, atq; odium, & utriuſq; ſenſus, ut propriæ etiam naturæ inferre uideantur uim, quò hæc declinent, ſectentur illa, atq; amplectantur, & immobilia igitur mouentur, & mobilia motu, ſi quidem naturali, inſueto certè, Ferrum itaq;, uel propria immobile natura, uel motu ad medium gaudens, ipſa nihil minus Terra, ad ſuper poſitum ſponte ſua eleuatur magnetẽ, ſimile nimirum ſectans, cognatumq;, ab ipſo ut foueatur, ſeruetur q;. Et Aqua, & Terreſtria quæuis ferè, contingui corporis contactu priuari nolentia, & ipſa ſpõte ſua abſtractum, aſcendentemq; ſectantur aerem, quæ igitur Ariſtoteli etiam naturæ inferre uideantur uim, quò ad cognata, à quibus fouentur, ferantur, proprio ipſorum, naturaliq; oppoſito, contrarioq; motu ſectantia illa, & Terræ igitur partes non naturali moueri uideri debent motu, ad proprium locum, & ad propriam deſcendentes uniuerſitatem, quæ ad ipſam delatæ, perpetuò ueluti & ipſa immobiles fiunt, ſed & ipſæ naturæ inferentes uim, alienam operari operationem, quò ad cognata, & ad propriũ ferantur locũ. Neq; .n. corpori uni plures motus aſſignare exhorrens Ariſtoteles, motũ

uni aſſignet atq́; immobilitatem. Et *neq́; aliud à ſe ipſa differre uideatur* Terra, *ſi à proprio dimoueatur loco, at uim modò, malumq́;, quod paſſa eſt, reÿcere, & propulſare appetẽs, et quouis ipſum reÿciens, propulſansq́; pacto, propria igitur impotens id facere operatione nequaquàm, quod & cætera facere uidentur entia, tantiſper alienã pigretur operari, idq́;* Ariſtoteli *imprimis uideri debet, cui proprius primorum corporum locus, propria ipſorum uidetur forma, propriaq́; perfectio, & cui igitur extra proprium poſita illu locum, propria uideantur orbata perfectione, & à propria dimota natura, cui itaq́;, ut reſtituantur, nihil facere auerſentur, tentare reformident nihil.* 4. de cælo T. 23. & 8. phys. 32.

Q*uoniã igitur præter naturam mouentur* Terræ *partes, ad proprium delabentes locum, propterea uelocius mouentur, uehementiusq́;, quò maiores exiſtant, & quò diutius paſſæ fuerint, eò. n. maioribus præditæ ſunt uiribus, & eò ipſas ueluti intendunt magis, ut malo, quod patiuntur ſe exoluant, liberentq́;.* Neq́; *aliter diſcriminis huius cauſa aſſignari poſſe uidetur, neq́; enim propterea uelocius in fine moueri uideri poteſt lapis, quòd ſimili, cognatæq́;* Terræ *proximior factus, propriæ naturæ, à qua receſſerat alieno in loco à contrarÿs immutatus, & quaſi leuior factus, reſtituitur, ammiſſamq́; recuperat grauitatem, ut* Peripateticorum *nonnullis placet, idem nanq́; è quantumuis ſublimi, remotoq́; cadẽs loco, & detentus ibi quantumuis, ſe ipſo, ex humili, terræq́; proximo cadente, & nullo ibi immorato momento extremum illud, & terræ contiguum ſpacium longè conficit uelocius, et longè apparet grauior, non itaq; cadenti illi manum ſupponas, at huic pulcherrimè, non quidem ſi à* Terra *dimotus grauitate exuatur, & leuior fiat, neq́; enim temporis illam recuperet momento, & momento propriæ reſtituatur naturæ, à qua receſſit nunq̃;, nunq̃; à terra dimotus, ſed à proxima ipſa aſſiduè adiutus, & aſſiduè in propria ſeruatus grauitate, qui tamen (ut dictum eſt) longè pigriore, et longè languidiore motu idem conficit ſpacium.* Non *igitur uelocius* Cap. 45.

in finè mouetur lapis, quòd à ſimili, cognataq; adiuuetur terra, & ammiſſam recuperat grauitatem. At neq; quòd multus ſuberat prius aer, quem itaq; ægrius deſcendens findat lapis, ualidius obluctantem, repugnantemq;, minorem itaq; factum, & reſiſtentem minus, facilius findere queat, impedimento itaq; minore facto moueri uelocius, idem ſiquidem ſubeſt aer, è remotiſſimo, & maxime propinquo cadenti loco, extremum tamen, & terræ contiguum ſpatium longè conficit uelocius è remoto cadens, quàm è proximo idem lapis, præterquàm quòd extremus hic aer craſſiuſculus, terræ nimirum proximus, & à deſcendente lapide conſpiſſatus, præuenit enim lapidis, magni præſertim, motus, cedentis motum aeris, denſari igitur inferriorem neceſſe eſt aerem, maius itaq; impedimentum lapidi præbere, longè certe maius è ſupremo, remotoq; cadenti, coactum ab ipſo, ſpiſſatumq; quàm è propinquo, atq; humili, huius tamen motus longè apparet pigrior, ut dictum eſt, tardiorq;, ſecus igitur atq; oportebat, nullam itaq; hucuſq; diuerſitatis huius aſſignare Peripatetici potuere cauſam, quæ iuxta ea quæ à nobis expoſita ſunt, manifeſtiſſima apparet, alienum uidelicet exoſa locum, atq; alienorum terra contactum, propriæ, ut dictum eſt, naturæ inferens uim, ad proprium delabitur locum, & ad cognatum corpus, quæ igitur, quò paſſa fuerit diutius, eò quaſi uires intendit magis, & magis motum concitat, & ipſum itidem exoſa pertæſaq;, ut quàm celerrimè in proprio loco, propria gaudeat immobilitate, forte & à motu calorem nacta Terræ, facta itaq; ad motum apta magis, uelociore deferri poteſt, & uult motu, qui ſi naturalis exiſtat, uniformis exiſtat, perennisq;, neq; enim immutetur propriam, naturalemq; operans operationem ens, à qua nimirum, ut à propria ſeruatur natura, & ſumma etiam afficitur uoluptate.

Cap. 46. *At & propterea fortè ad medium feruntur Terræ partes, quòd ſummè immobiles, ſeſe in ſublimi; & nulli firmo ſolidoq; innixæ ſuſtinere*

haud

haud queant, ueluti. n. mobilitatis & inditium, & principium ſeſe ſuſtinendi apparet facultas, ſic id faciendi impotentia, immobilitatis inditium uideri debet, & principium, & ſi id mobile uidetur, quod ſeſe mouere, & ſuſtinere igitur nulli innixum queat, non ſiquidem moueri omnino poſſe uideatur, quod ſeſe ſuſtinere impotens uidetur. Quod immobile eſt, nec mouere ſeſe, nec ſuſtinere etiam queat, motus. n. quidam, ſeu motus, ut dictũ eſt, principiũ huiuſmodi manſio, & ſuſtentatio apparet, Non igitur ſponte ſua, propriaq́; ingenio deorſum moueri Terræ uideantur partes, neq́; operari omnino, ſed decidere, & pati quodammodo, ſuſtinere ſeſe impotentes, idq́; non à frigore fortè magis habere, quàm à craſſitie uideantur, à materiæ nimirum copia, quam neq; magnus etiam ſuſtinere queat calor, ſtabili, ſolidoq́; omnino inniti uolentem, cuiuſcunq; expertem motus, et operationis cuiuſcunq́;, & ipſe igitur ignis, & flammæ ipſæ in craſſiuſculis quidem accenſæ rebus, at quibus nullum omnino ineſſe poteſt frigus, deorſum & ipſæ delabuntur, ueluti igitur delabentes has nullus moueri, operari dixerit nullus, à craſſitie cui adhærent, detractas, ſed decidere, & pati magis, ſic Terræ partiũ deſcenſus, nõ motus, atq; operatio, ſed caſus, delapſusq; uideri magis debet, & paſſio quædam, ſuſtinet autem ſeſe Terra uniuerſa, neq; . n . quò ulterius cadat, habet, tum ſibi ipſi inniti uidetur uniuerſa, & uniuerſa contrarium, quòad licet auerſatur declinatq; . At ſiue delabantur, decidantq; Terræ partes, ſeu ſponte ſua ad propriam ferãtur uniuerſitatem, quando non naturali, nec proprio ferri uidentur motu, & Terra uniuerſa immobilis uſquequaq; apparet, atq; immota, nequaquam Terræ ullus aſſignandus uidetur motus.

At neq; igni immobilitas ulla, qui motu ſeruari, corrũpi immobilitate, & aſſiduè in proprio moueri uidetur loco. Et ſui oblitus uideri poteſt Ariſtoteles, ignis etiam uniuerſitati non propriũ, naturalemq; aſſignans motũ, at & ipſi itidem immobilitatem, ueluti & Terræ, Cap. 47.

cui

cui contrarius non iuxta contrarios magis motus uidetur ignis, quàm iuxta motum, atq; immobilitatem. Conſtituenda, inquit, fuit Terra, ut firmum quid, ſtabileq́; circa quod uoluatur, habeat cœlum, Terra autem conſtituta, & ignis itidem conſtituendus fuit, ſi ſiquidem contrariorum alterum natura, natura itidem & alterum, eadem. n. contrariorum materia & negatione affirmatio eſt prior, ueluti calidum frigido, quies autem, & graue, iuxta leuitatis, & motus dicuntur priuationem, non igitur iuxta grauitatem, & leuitatem, & iuxta contrarios motus magis, quàm iuxta motum atq; immobilitatem, Terræ contrarius Ariſtotelis uiſus ignis, nequaquàm & ipſe uniuerſus propria natura in proprio immobilis ponendus fuit loco, ueluti & Terra, & eò etiam minus, motu ſeruari uiſus, corrumpi immobilitate, quin maximè mobilis, moueri etiam non conſpectus, naturæ intuito induſtriam, bonitatemq́;, quæ uel ignobiliſſimis etiam entibus operationem omnibus tradidit, modũq́;, quo ſeruent ſeſe, & oblectent etiam omnia, eamq́; in ſe ipſis habere uoluit ſingula, prima præſertim corpora, non aliunde pendentem, & à propria ſingulorum manantem ſubſtantia, & quam ipſa ædant, nulla externi ullius ope indigẽtia, aut opera, multò igitur quò perpetuo moueri uidetur perenniq;, auferendus erat minus, & minus etiam alienus illi dandus, à quo deſatigetur, & corrumpatur tandem, eoq́; etiam promptius, quò præſtantioris ſit, diuinioriſq́; ſubſtantiæ. Et qui inſuper nullo illi à cœlo dari queat pacto, Primum. n. nec tactile exiſtens cœlum, nullis Ariſtoteli tactilibus præditũ qualitatibus, nec contingat omnino ſublunarem aerem, & neq; igitur trahat ipſum, agitetq;, at neq, contingens ſed longè læuiſſima ſuperficie, longè læuiſſimum aerem, uolutũ quidem circa ipſum, at nihil deprimens tamen, commoueat ipſum, agitetq; quicq́;, immobilitate in proprio gaudentem loco, quòd ſi commoueat etiam quid, nequaquàm uniuerſum commoueat, ſecũq; trahat, longe tenuiſſimũ, maximèq; fuſilem, diſſipabilemq;, nam ſi compactus

2. de cælo, T. 28.

pactus ſit, ſolidusq́; , quauis ipſius parte tracta, uniuerſus ſequatur, at qui nullo diuidi, diſſipariq́; queat negotio, ſuprema etiam à cæli motu tracta parte, quieſcet inferior, ab illa ſeiunctus, diuiſusq́; , propria gaudens immobilitate, non uniuerſus à Cœli motu trahetur, & bona etiam, magnaq́; inferioris aeris pars. Nequaquàm igitur in proprio loco propria immobilis natura, à Cœli motu circumuoluitur ſublunaris Aer, ſed, ſi non quilibet proprius eſt ipſius motus, is certè uideri debet, quo nimirum perpetuo uniuerſus ipſe, & in ſe ipſo, & in proprio circumuoluitur loco, nihil ab ullo oblæſus, & contiguum exceſſus nullum, nullum itaq́; declinans, & nullius indigens appetat, quæratq́; nullum, qui igitur quod operatur, proprio operari uideatur ingenio, non quo à medio mouetur, quo temporis mouetur momento, uix ſenſibilis ipſius portiuncula, inter contraria, & alieno genita in loco, & nondum Ariſtoteli propria data forma, propriaq́; perfectione, ſed ad illam tendens, quam igitur quà breuiſſimà licet, & propriã quærat uniuerſitatẽ, quod, & immobilia facere uidentur entia.

Non igitur cælum modò uniuerſum, & in proprio exiſtens loco, eiusq́; æternus ſpectandus erat Ariſtoteli motus, ſed ignis itidem uniuerſitas, eiusq́; perpetuus, perènnisq́; motus, et uniuerſæ itidem Terræ in proprio exiſtentis loco, perpetua, immutabilisq́; immobilitas, Hæc intuito Ariſtoteli, non partium à propria uniuerſitate abſtractarum, momentaneos motus, ſummè immobili, ſemperq́; immotæ Terræ penitus contrarium ſummè mobile, ſemperq́; motum uiſum fuiſſet cælũ, quàm ſimillimum ſublunari aeri, aſſiduo & ipſi perenniq́; delato motu, Terràs ambienti, aquisq́;, & mari haud diſſimile penitus, aſſiduo & ipſis gaudentibus, & ſeruatis motu, circulari igitur, uel circularem imitante, quò nimirum perenni, inceſſantiq́;, atq́; uniformi, & in ſe ipſis, proprioq́; moueri poſſunt loco, quàm recto, quo ad aliena ferantur, & locum mutent, quo itaq́; nullum moueatur unq̃;, niſi à proprio loco, & à propria abſtractum uniuerſitate, malum igitur Cap. 48.

atq́; exitium ab alienis reformidans, qua breuiſſimà poteſt, declinat illa, & ad propria fertur, cognataq́;, rectà igitur, hoc & cæli itidem faciant partes, ſi à propria & ipſæ abſtrahantur uniuerſitate, neq́; enim reliquis minus alienum locum, atq́; alienorum auerſentur cõtactum, nec proprium locum minus, & cognata appetant corpora, quæ igitur nequaquàm illis minus, à proprijs ſeiunctæ, perpetuò in alienis eſſe uelint, inſueto, aut non naturali etiam, at momentaneo pigreſcentes moueri motu, non ea in reliquis entibus inertia ſpectatur; ſtupiditasq́;, at omnia ratiocinari penè uidentur, & peiora declinantia, grauioraq́;, libentia, uolentiaq́; minora ſubire mala, & leuiora, breuioraq́; ſubſtinere incommoda, propriæ naturæ contrarias etiam operantia operationes, & cæli igitur partes à propria abſtractæ uniuerſitate, rectà ad illam ferantur, longè omnibus ſentientes, intelligentesq́; magis, & magis ad motum promptæ, longè igitur abeſt Ariſtoteles, ut à recto ſublunarium corporum partium motu, diuerſum ab illis declaret cælum. At agè examinentur cætera.

Cap. 49. Si orbes inquit Ariſtoteles, ſtellæq́; igneæ exiſtant, iamdiu corrupiſſet omnia ignis, atq́; occupaſſet omnia, tantus exiſtens, et neq; ea ignis ad reliqua ſeruetur proportio, qua mutuò in ſe ipſa inuerti uidentur corpora. Non quidem Cælo calorem abneget Ariſtoteles ueritus ne adeò cætera excedens corrumpat omnia, cui Aer uterq; à ſummo cõſtitutus calore Terram, quam & ambit, & longè maxima exuperat mole, nequaquàm ab ullo Aquæ defenſam frigore, quæ in calidã abijt Ariſtoteli rem, nec corrumpit, nec calefacere uidetur quicq̃;, rigent itaq; Sole amoto omnia, At explicanda nihilominus cauſa cur uerè ignei orbes, & ſublunaris itidem Aer, calorem nullum facere apparent, Flammæ id quædam declarant, quæ contingentes etiam, & lambentes nos, non modò exurunt nihil, at uix calefacere apparent, in quibus uidelicet lõge tenuiſſimis multus colligi haud poteſt calor, at orbes non tenuiſſimi tantùm, ſed longè etiam remotiſſimi, non igi-

tur

tur ob tenuitatem modò, ob exilem uidelicet calorem, ſed ob immen ſam etiam diſtantiam debiliſſimè in hæc agunt, ob quam, at multò etiam maiorem, neq; ſolidæ ſtellæ, agit tantùm ſolidiſſimus, maxi= musq;, et non adeò remotus Sol, qui ne corrumpat, deſtruatq; omnia, impedimento eſt uelociſſimus ipſius motus, ut dictum eſt, & nusq; per eadem pergens.

Prima porrò corpora, eo quidem cõſtitui oportuit pacto, ut ſeſe mutuò cor rumpere, deſtruereq; haud queant, at non propterea ipſorum exæ quari neceſſe fuit uires, & magnitudinem igitur, qua Ariſtoteli placet ratione, nam ualde etiam exuperante altero, ſeruari alterum poteſt, longiſſimè ab illo amotum, & non diu iisdem ab illo paſſum partibus, aſſiduo altero, uelociq;, & uario inſuper delato motu, quo factum uidetur pacto, & factũ omnino oportuit, præſtantiora enim quæ ſunt, & diuiniora, longè conuenit eſſe maiora, longè ignobilio= ra minora, & tanta fortè tantùm, quanta ad preſtantiorum ſatis ſunt conſeruationem. Cap. 50.

Tùm & ignota uidetur illorum magnitudinis proportio, & neq; ſerua ri omnino, propterea ſiquidem uideri potuit Ariſtoteli, ea ratione excedi oportere ab altero alterum, qua in ſe tranſmutantur, ut denſio ris, & ob id præpotentis uires tenuius, rariusq;, & ob id debilius, ma iore æquet mole, non ſeſe igitur corrumpi, deſtruiq; ſinat, At aqua non ea tantùm proportione, qua in ipſam inuerti uidetur terra, ſed terram non excedit omnino, non fluuij inquam, lacusq;, qui nullam habent terræ comparati magnitudinem, ſed ipſum etiam mare, quod calidum, ſiccumq;, & ſalſum, atq; amarum, minimè aquam dixerit Ariſtoteles, frigidam, humidamq;, & dulcem, at neq; ipſum terra ui deri poteſt maius, ſolida illa nequaquam latius exiſtens, non ualde profundum mare, Aqua igitur mari etiam admiſto, quam, iuxta Ari ſtotelis proportionem, longè oportebat eſſe maiorem, longè terra apparet minor, & quæ uerè eſt aqua, nullius terræ comparata ma= Cap. 51.

gnitudinis, periiſſe itaq; oportuit iam diu à terra uictam, abſumptamq;, eòq; etiam amplius, quò ipſius tantùm inuertenda erat humiditas, qualitatum debiliſſima, maximèq; patibilis, At non à terra tantùm iamdiu periſſe oportuit aquam, ſed multò ab aere prius, & ab igne etiam amplius, ſummè utroq; calido, nec aquam tantùm, ſed ipſam etiam terram, cuius nimirũ globus, in quo omnis continetur aquæ multitudo, nullius ferè eſſe uidetur quantitatis, ſi corpori comparetur, inter ipſam, Lunæq; orbem collocato, cui ut dictum eſt, uniuerſo ſummam Ariſtoteles attribuit caliditatem. Neq; igitur propterea non igneum uideri debet cælum, quoniam maximè actiuus ignis, qui itaq; adeò excedens cætera corrumperet, & neq; elementorum proportio, qualis Ariſtoteli placet ſeruari uidetur.

Cap. 52. At neq; non ex igne cælum, propterea quòd non in ipſo, at in ſublunari fiunt aere, quæ currere uidentur ſtellæ, neq; enim ad cælum usq; craſſiores efferantur uapores, è quibus à uelociſſimo motu, & ab ipſo fortè accenſis Sole, ſtellæ fieri uidentur, at neq; cæli pars, uel à Sole ipſo, uel ab ullo accendatur motu, longè tenuiſſimi, & quod proprio motu motum, in propria ab eo ſeruetur natura, non immutetur quicquam, at neq; à cognato, ſimiliq; Sole, ſed & ab illo itidem foueatur. Albus porrò, lucidusq; uiſus Sòl, ſummè uideri debet igneus; nam purus, ſincerusq; ignis, & ipſe apparet albus, ueluti & Sol; puniceus, flauusq; ibi tantùm, ubi craſſiori admiſcetur fumo, uel per fumum etiam conſpicitur craſſiuſculum, quod & ipſe itidem pati uidetur Sol, per uapores conſpectus craſſiores, Ariſtoteli certè nihil accenſos uapores, & in ignis actos naturam à ſtellis differre intuito; igneæ uideri debuere ſtellæ,

Cap. 53. Nulla igitur Ariſtotelis ratio, aut ſignum impedimento eſſe uidetur, quin igneum ponere liceat Solem, qualem eſſe & ſenſus nobis manifeſtat, longè illum intuens lucidiſſimum, & ab illo contactus longè calidiſſimo, & rationes itidem longè Ariſtotelicis, reor firmiores, & ex ipſo

depromptæ etiam Ariſtotele. Primùm enim, ſi, ut ipſi imprimis Ariſtoteli placet, in omni ſerie ad unum primum incurramus oportet, quod cum ſua natura tale exiſtat, cauſa eſt, cur cætera, quæ ſub eadem ſerie continentur, talia euadant, et in calidorum imprimis ſerie ad unum primum deueniamus oportet, quod cum ſua natura calidum ſit, cauſa eſt, cur cætera calida ſint, & calefaciendi poteſtatem habeant, huiuſmodi ignis, atq; aer Ariſtoteli etiam eſſe non poteſt, non ſummè illos propria natura calidos iudicanti, ſed accendi, atq; igniri à cæli motu circumactos, diſgregatosq;, & qui nulli cur cælum calefaciat, uideri queant cauſa, cælum igitur primum illud appareat calidum, à quò ut calida ſint, cætera habent omnia, neq; enim corporum nulli calorem ſummum aſſignet Ariſtoteles, ſed ex accidente fieri illum dixerit, quid enim abſurdius, quàm rem omnium nobiliſſimam, & qua entia conſtant omnia, & quæ ſi non natura ipſa Ariſtoteli uidetur, omnium certè naturaliſſima uidetur, nulli hærere corporum, & nullius corporis eſſe proprium, ſed ex accidente fieri? At & ueluti circulatio cælo aſſignanda Ariſtoteli uidetur, quòd nobiliſſimus motus nobiliſſimo conueniat corpori, ſic itidem & calor cælo eſt aſſignandus, quòd nobiliſſima qualitas nobiliſſimo debetur corpori, & eò etiam magis, quòd non qualitates modò, ſed illæ cælo ineſſe uidentur, quæ caloris maximè propriæ ſunt, & à calore conſtituuntur, tenuitas nimirum, & lux, ſummè præterea mobile uiſum Ariſtoteli cælum, ſummè etiam uideri debet calidum, immobilitatem, ut uiſum eſt, grauitatemq; frigori danti, leuitatem, motumq; calori, & calida à motu fieri affirmanti, ab immobilitate frigida, propriũ itaq; caloris iudicanti motum, frigoris immobilitatem. Illud poſtremò nulli non perſuadeat, qui ueritatem ſequi, non poſitionem tueri uelit, quòd quæ calorem cælo abnegat ratio mille, ut uiſum eſt, infringi poteſt modis, quo pacto non calidus Sol calorem generet, ſublunarem conterens aerem, ut Ariſtoteli placet, nuſq; oſtendi queat, ut ſuo

7. metaphys. T. 4. & 10 T. 7.

1. de cælo T. 12. & 13.

primo meteor. cap. 4.

apertiſſimè

apertiſſime declarabitur loco, id enim modò agendum uidetur, num uidelicet ſubſtantiæ exiſtant caliditas, frigiditasq́; ſpeculandum, quæ igitur & rerum formæ, & rerum eſſe queant principia, ſi quidem amplius demonſtrari oportet, quoniam enim à propria natura, propriaq́; calefacere uidetur ſubſtantia Sol, non ſubſtantia modò, at lõgè nobiliſſima, longèq́; diuiniſſima uideri queat calor, neq́; enim alia Soli inſit forma, quam quæ agere uidetur ſola. At age tamen Peripateticorum rationes explicentur, examinenturq́;.

Cap. 54. Non ſunt, inquiunt, uerè ipſa principia, quæ nimirum ſubſtantias conſtituentia ſubſtantias eſſe oportet, quales caliditas, frigiditasq́; uideri non poſſunt, accidentia in miſtis uiſæ omnibus, neq; enim illis inexiſtens, illorum, inquiunt, forma ſit calor, operationes operantium longè nobiliores, quàm quas uel frigus ædere queat, uel calor, qualitas igitur appareat, & formæ organum calor, non forma ipſa. At et multis accedens, & ab illis minimè corruptis, minimeq; immutatis recedens, accidens uideatur, quod porrò accidens alicubi exiſtit, nusq́; forma appareat, & ſubſtantia. Atq; neq; contrariæ inter ſe exiſtunt formæ, ſubſtantiæq;, quæ enim contrarietas in hominis, atq; equi ſpectari poteſt forma, pugnare inter ſe uidentur formæ, & ſeſe mutuò interimere, quòd propriæ ipſarum qualitates, propria ipſarum organa pugnant, & decertant inter ſe, ſeſeq; mutuò deturbãt, atq; interimunt, aliæ à formis exiſtentes, at quibus adherent formæ, & quibus ea eſt ad formas cognatio, connexioq;, ut ipſis genitis, conſtitutiſq́; formæ itidem nullo eluceant temporis momento, & pereant itidem ipſis interemptis, propriæ igitur qualitates, inquiunt, propria formarum organa inter ſe contraria exiſtunt, oppoſitaq́;, non formæ ipſæ, quæ à proprijs aliæ qualitatibus ipſarum tamen comitantur caſum, At neq́; intenduntur, nec remittuntur formæ, nec magis ſuſcipiunt, minusq́;, termini exiſtentes, nec ſenſu itidẽ percipiuntur, ſolo percæptibiles intellectu, quæ caliditatis propria

exiſtunt

exiſtunt omnia, et frigiditatis. Propterea *igitur non rerum principia, & rerum formæ qualitates hæ* Peripateticis *uidentur, & quòd acci dentia uidentur interdum, & quòd ſibi ipſis contrariæ, & quòd re- mittuntur, atq; intenduntur, magisq; ſuſcipiunt, & minus, & quòd ſenſu percipiuntur, quorum formis, ſubſtantijsq; nullum euenire* Ari ſtoteli *uidetur,* Entibus *autem inexiſtentes omnibus, & in omnibus operantes omnia propria apparent formarum omnium organa, quo rum miniſterio, & cætera omnia operentur formæ, & ſeſe etiam ip ſas educant, conſtituantq;.* V*bi enim contrariæ, quæ inerant, edu cendæ formæ qualitates remotæ fuerint, deturbatæq;, & propriæ eductæ, conſtitutæq;, quod uel ſolarum opera fieri poteſt qualitatum, materia igitur parata facta, propriaq;, ſtatim forma, inquiunt, elucet, è materiæ emergens ſinu, in quò deliteſcebat, torpebatq;, ueluti alie- na in ſede, ubi ſe oſtentare haud uelit, & organis etiam carens, ſine quibus operari queat nihil, qualitatis itaq; exortum, & occaſum iti- dem ſequi uidetur forma.*

A*ge igitur examinentur ſingula, & illud primùm, num uidelicet alia à qualitatibus, primis etiam corporibus inſit ſubſtantia, & longè illa præſtantior, cui operanti inſeruiat qualitas, operationes itaq; omnes quas operari uidetur, nequaquàm qualitatis ſint propriæ, ſed formæ omnes, qualitate ut proprio uſæ organo, at ſine cuius miniſterio, neq; aliud operari quid, nec ſe ipſam conſtituere queat forma. Si quidem ueluti ab homine homo, & abſq; homine homo nusquã, ſic itidem, & ab igne perpetuò conſtituatur ignis, & abſq; igne ignis genere- tur nullus, contendere queant,* Peripatetici, *nequaquàm à calore, ut à propria ignis forma conſtitui ignem, ſed uti ipſius formæ organo, at quoniam ſolus per ſe ſatis eſt calor, nulli inhærens igni, & nullius igitur ignis formæ organum, quacunq; ille factus ſit occaſione, ſum- mus modò exiſtat, ignem conſtituere. Quæ igitur ualide, diuq; cõ mouentur, igneſcunt omnia, & quæ mutuò conteruntur, & in quæ* Cap. 55.

diu,

diu, ualenterq́; agit Sol, & Solis lux, nequaquàm ignea illis uiſa, ne quaquàm aliam à calore igni ineſſe aſſerant formam, ſubſtantiamq́;, & longè illam calore præſtantiorem, & quæ calori etiam imperet. Nam *& accidens ſubſtantiam generaret, & deterius omnino quod eſt, atq́; ignobilius, præſtantius, nobiliusq́;, & ex accidente inſuper, ſeſe enim conſtituere intendit calor, non formam educere,* Nec *uerò ignem conſtituere ſolus uidetur calor, at non ſolus in conſtitutò illo operari, aut ineſſe omnino ſolus, ſed alia aut operari ſubſtantia, aut ineſſe omnino res, quæ caloris non ſit propria, tenuis exiſtit ignis, lucidusq́;, & mobilis, at ut declaratum eſt, & tenuitas, & lux, & motus, propria exiſtunt caloris, ubicunq́; igitur, ſummus præſertim, ad eſt calor, adſunt illa omnia, & a calore ſeiungi non poſſunt, non igi tur in illis, & in calore amplius, ut in proprijs qualitatibus, ueluti in arce* Rex, *inſidet ignis forma, illis imperans, & ut organis utens, ue luti* Peripateticorum *nonnullis placet, ſed caloris propria ſunt omnia, & omnia per ſe agere, & operari poteſt calor.* Nulla *igi tur, uel operari, uel ineſſe omnino igni uiſa ſubſtantia, neq; in eſſe omnino uideatur, ſi ſiquidem inſit* Ariſtoteli *imprimis appareat, hac ratione plantis plantalem uirtutem ineſſe affirmanti ſolam, quòd alia non apparet, ſi ſiquidem alia inſit, appareat, inquit, neq; hoc tantùm, at & tactu etiam percipiatur tangibilis corporis exiſtens forma, & tangibile conſtituens corpus.*

de plantis.
de gen. T. 7.

Cap. 56. *At neq; is uidetur calor, qui uel ignis, uel formæ omnino ullius, uel ipſius etiam animæ miniſter uideri queat, aut organum, qui nimirum, nequa quàm quod organorum omnium, omniumq́; miniſtrorum proprium uidetur, iners ipſe per ſe, ac deſes, ipſo utentis animæ arbitrio agat, & ijs uiribus, eaq́; inſuper ratione, qua utenti animæ collibitum fue rit, usquequaq́; in quæ poteſt ſponte delatus ſua, & eodem in omni bus uſquequaq; agens pacto, & effuſis uſquequaq; uiribus, eſt itaq́; ubi immoderatius agens noſter nos perdat calor, non extraneus in quam,*

quam, & aliunde adueniens, ſed uiſcerum proprius, naturalisq́;, & nimis coquens, & nimiam faciens, educensq́; tenuitatem, non quidē ſi animæ organum exiſtat, aut miniſter, ſed & inde illum amoueat, ubi agere non uult, & nimis agentis uim reprimat, imminuatq́;, & alliciat etiam uniuerſum, atq́; intendat, ubi agere ualentius illum uult, At neq́; ad noxia, moleſtaq; concoquenda aduolare uiſus interdum calor, & agendi rationem immutare, quo ab anima alliciatur pacto, uel eius actio, et agēdi immutetur modus, oſtēdant Peripatetici unq́;, nusq́; itaq; animæ agens arbitrio, & nusq́; animæ morem gerens, at proprio uſquequaq; ingenio, nequaquàm animæ organum uideatur calor, at uera ipſe, uel frigus omnium forma, neq́;. n. ens ullum agere, aut operari, aut eſſe omnino uidetur quid, quod non caloris ſit, uel frigoris opus, & quod per ſe calor, aut frigus haud queat, Nequaquàm igitur forma alia Peripateticis enti indatur omnino ulli, quæ nimirum fruſtra inſit, iners, ac deſes, demortuaq́;, nihil agens, conſtituens nihil, & nihil operans, multò ſimplicibus minus, quorū cōſtitutionē edocens Ariſtoteles, materiale nimirū, & formale principiū. Principiū, inquit, primumq; materia eſt, inſeparabilis quidem, ſed contrarijs ſubiecta, non. n. calor frigori, nec frigus calori, ſed quod ſubijcitur utriq; materia eſt, Quare primò quod potētia ſenſibile corpus exiſtit, principium eſt, deinde cōtrarietates ipſæ, ceu calor, & frigus, poſtremò ignis, & aqua, & quæ huiuſmodi ſunt. Tum formale tātùm, ut ipſemet apertiſſimè manifeſtat Ariſtoteles, & Peripateticorum negat nullus, Calidum, inquit frigidumq;, & ſiccum, & humidum, principia apparent, quæ nimirum & agere uidētur, & pati, & prima eſſe, qualia primorū corporū, & quæ inſeſe mutuò trāſmutātur, eſſe oportet principia, ſola igitur materia, & ſola cōtrarietas ad primorū corpornm conſtitutionem ſatis eſſe Ariſtoteli uidetur, ſubſtantiæ alterius nullam omnino feciſſe mentionem, neq; hic, neq; alibi etiam unquàm, quæ ſi alia primis etiam corporibus inſit,

2 de gen. T. 6.

2. de gen. T, 8.

princeps præſertim, & quæ qualitatibus imperet, ut Peripateticis *placet, & earum utatur miniſterio, ſi manifeſtari non poterat, & ſenſui exponi, at admonendi eramus ſaltem, aliam omnino ineſſe ſubſtantiam, ſed penitus incognitam, nullo percæptibilem ſenſu, per ſe itaq; manifeſtari ineptam, per proprias manifeſtari oportere qualitates, hoc ſaltem ſimplicium inquirenti principia, & ſimplicia componenti faciendum erat* Ariſtoteli, *at is nihil tale innuens usq; tangibiles oportere eſſe ait, tãgibiliũ corporũ ſpecificas differẽtias, quoniã,*

2. de gen. T. 7. *inquit, corporis ſenſibilis, hoc eſt tãgibilis principia quærimus, conſtat non omnes corporis contrarietates ſpeties, & principia facere, ſed eas ſolas, quæ ſub tactum cadunt, rectè ſanè, neq; enim habeat*

1. de gen. T. 18. *corpus ullum quid, quod à ſua non habeat forma.* Et *calor, inquit, prædicamentum quoddam, & ſpecies eſt, frigiditas priuatio, his autem differentijs ignis, & terra differunt, ſubſtantialibus, ipſi inquiunt* Peripatetici, *neq; enim ad generationem pertineant, & corruptionem, de quibus ibi eſt ſermo, non ſubſtantiales exiſtentes, ſed ad alterationem magis, & alibi ſimilares, inquit, partes ex elementis conſtituun*

1. de partib. animal. C. 1. *tur, ut igni,* Aqua, Aere, & Terra, *tum quaſi ſermonẽ corrigens, uerius, inquit, ex uiribus elementorum, quàm ex elementis, non tamẽ omnibus, ſed ex calido, frigido, humido, & ſicco, quæ nimirum elementorum uiſæ ſunt formæ, aliud, quod forma præſertim appareat, in eſſe nullum.* Nec *uero id nobis magis, quàm* Peripateticorum *longè*

12. metaphy. & de ſenſu et ſenſili. in predicam. *optimis uidetur, & longè præſtantiſſimis,* Caliditas, *inquit* Aphrodiſeus, *ſubſtantia eſt, quoniam ignis forma, idem, & reliqui* Græci *ferè omnes,* At Amonius *alter* Peripateticorum Princeps, *non id tantùm, ſed calorem etiam febrilem ſubſtantiam exiſtere, qui nimirũ corpus humanum in aliud immutat ens, neceſſariò. n. & ſubſtantia, & effectæ, conſtitutæq; rei forma fit, quæ illam conſtituit.* Parmenidem, *calidum frigidumq; ponentem principia nusq; incuſat* Ariſtoteles, *quòd accidentia quæ ſunt, ſubſtantiarum ponat principia, ſed pro*

pterea

pterea interdum, quòd non uniuerſaliſſimam adduxerit oppoſitionē, interdum quòd non aliam etiam uenatus eſt efficientem cauſam, quæ pati ipſa impotens, & ueluti arte, & ratione utens, illorum moderetur, & quaſi cohibeat u:m, aliam agentem ſubſtantiam nullam agnoſcit Ariſtoteles ſimplicia conſtituens, & neq; miſta etiam componens, ex elementorum ipſa conſtituens differentijs, non quidem integris, at mutuò paſſis, imminutisq;. Elementa, inquit, omnia contrarietatem habent, quoniam ipſorum differentiæ contrariæ exiſtunt, differentijs porrò à quibus conſtituuntur immutatis, immutantur & ipſa, ex aqua igitur aer fit, frigiditate in caliditatem uerſa, at ſi neutra, inquit, differentia neutram uicerit, mutuò autem in ſe ipſas agentes, et mutuò patientes, ſeſe mutuò imminuerint, debilitauerintq;, utriusq; igitur retuſa appareat uis, & refracta, utrumq́; immutatur, non igitur aqua amplius remanet, nec aer, & neq́; aer conſtituitur, nec aqua, ſed tertiū quoddam, ueluti ex utroq́; compoſitum, quoniam autem uirium inæqualitas, non in indiuiſibili, non unum modò generatur, ſed infinita propemodum, carnes inquit, & oſſa. Et rerum generationē, conſtitutionemq́; edocens Ariſtoteles, eſt, inquit, ſimplex, & naturalis generatio, tranſmutatio facta ab actiuis qualitatibus, à caliditate uidelicet, & frigiditate, è ſubiecta materia. Nō igitur ſimpliciū modò formæ, caliditas Ariſtoteli uidetur, & frigiditas, ſed cōpoſitorum ex ipſis omnium, refractæ illæ quidem, et mutuò à ſe ipſis paſſæ, imminutæq́;, at ipſæ eædem tamen, et neq́; aliæ uideri queāt, neq́; enim, ut dictum eſt, aliud à ſe ipſis conſtituant illæ: at neq́; aliud de compoſitis forma alia ſuperueniat ulla, quæ nimirum è cælo defluere queat tantùm, at è cælo nihil, præter calorem Peripateticis manat, et non ille à propria cæli ſubſtantia, ſed in ſublunari aere à cæli motu factus, qui igitur non alius ab elementari uideri queat, at quicunq́; ſit, calor certè ſuperaddi è cælo miſtis poteſt tantùm, non igitur alia inſit miſtis forma, at calor, uel frigus tantùm, & non cæ

2. de gen. T. 48.

4. meteor. Cap. primo.

tera omnia à calore conſtitui Ariſtoteli uidētur, ſed animalium etiã animæ, & non è putri tantùm enatorum, ſed è ſemine etiam conſtitutorum, neq; igitur in illius, neq́; in huius conſtitutione aliam aſſerit ſubſtantiam agentem ullam, at illam à Solis, ut dictũ eſt, calore in corporeo humido, hanc à ſemini incluſo ſpiritu, & à ſpiritui inexiſtente natura, quæ quid ſit aliud q̃; calor effingere nullus queat, in menſtruo fœmineo ſanguine generari, conſtituiq; affirmat Ariſtoteles, animam itáq; calorem eſſe, neq; enim aliud, ut ſæpe dictum eſt, conſtituat calor, at ſe ipſum modò, uel integrum, uigentemq́;, uel ab obluctante, repugnanteq́; paſſum frigore, imminutum igitur, debilitatũq;, præſtantius certè, nobiliusq́; conſtituat nullum unquam. Aliam porrò inquirentes ſubſtantiam, quæ nobiliores, quàm quas calor ædit, ædat operationes, non ſenſui modò, ſed ipſi itidem repugnare uidentur Ariſtoteli, animam (ut dictum eſt) à calore conſtituenti, & neceſſariò igitur animam calorem eſſe aſſerenti, ſenſum itáq;, & motum, operationes longè nobiliſſimas calori danti, & harum ſeorſum præſtantiorem, motum uidelicet, cum leuitate, ut uiſum eſt, ignis propriam agnoſcenti. Subſtantia igitur, & Princeps appareat ſubſtantia calor, niſi accidens appareat interdum, multis accedens, & recedens ab illis minimè immutatis. At minimè accidens id declaret unq̃; calorem, ſed non ſemper contrariam ſuperantem, interimentemq́; formam, & ſubiecto deturbantem, ſed tentantem interdum, aggredientemq́; ab inexiſtente contraria præpotente, & nihil paſſa, imminuta nihil forma, reiectum, fugatumq́;, accidentis itáq; ſubire uiſum uicem. Nequaquàm igitur non rerum principia, & non rerum formæ caliditas uideatur & frigiditas, quòd ſubſtantiæ non exiſtunt.

Cap. 5.7 At neq; quòd cõtrariæ exiſtũt ſibi ipſis. Quin propterea uel imprimis ſubſtãtiæ uideri debent, quòd ſibi ipſis ſummè oppoſitæ ſunt, contrariæq;, nec quicq̃; omnino abſurdius, & contra propria etiam placita dici

dici Peripatetici magis queat, quàm formas ſibi ipſis contrarias nõ exiſtere, unam appetentes, eandemq́; materiam, & in eadem eſſe aptas natas, at ſimul eſſe nolentes, impotenteſq́;, ſeſe itaq́; perpetuò oppugnantes, interimentesq́;, & ſubiecto deturbantes, & materiã contratrio diſponentes pacto, & operationes operantes contrarias, quæ igitur quæcunq́; illæ ſint, etiam ſi à qualitatibus aliæ, qualitatibus, ut proprijs agant inſtrumentis, ſummè ſibi ipſis oppoſitæ uideri debent, contrariæq́;, contrarias operantes operationes, & organis uſæ contrarijs, neq́; enim iners artifex natura, quæ ad organorum operetur ingenium, aut non apta ſibi, propriaq́;, & morigera pararit organa, & quæ contrarijs gaudeant proximis ſubiectis, & ſimul omnino eſſe nolint, quales contrariæ omnino Ariſtoli uidentur, formalem repugnantiam omnem oppoſitionem enuntianti. At neq́; generetur, nec corrumpatur quid, contrario carentibus formis, uel ab accidente ſubſtantiæ generatio fiat, corruptioq́;, & ex accidente inſuper, neq́; enim non contrariæ ſibi ipſis ſeſe mutuò immutare, & corrimpere queant formæ, non igitur ipſarum, uel ab ipſis fiat generatio, uel ipſarum conſequatur mutationem, quæ nulla in contrario carentibus fieri poteſt, iuxta qualitatum igitur paſſiones generationes euenient, & corruptiones, ab accidente igitur conſtituatur ſubſtantia, & ex accidente inſuper, ſeſe enim conſtituere intendit qualitas, non formam educere, quo nihil abſurdius ipſis etiã uideri queat Peripateticis, nihil æquè nolentibus, ac quid extra proprium agere gradum, & iure ubi ſubſtantiæ fit generatio, id principaliter fieri, attendiq́; uolentibus, ex accidente cætera. At quid in re immoror adeò manifeſta, adeòq́; ipſis etiam probata Peripateticis, formalia inquirens Ariſtoteles rerum principia, ut uiſum eſt, contraria illa oportere eſſe ſummè contendit, & nihil efficientia minus. Quoniam, inquit, contrarius eſt generationi interitus, cõtrariorum autem, contrarias eſſe oportet cauſas agentes, propterea

primo phyſ. Cap. 5. & de gen. T. 57.

contrariæ

contrariæ ſint oportet efficientes cauſæ, & primorum corporum cō ſtitutionem edocens. Nos autem, inquit, ſenſibilium corporum quã dam eſſe materiam dicimus, ſed eam ſeparari non poſſe, ſed ſemper cum contrarietate, ab altera nimirum contraria detineri ſemper forma, quod repetens, materiam, inquit, ſupponimus inſeparabilem qui dem, ſed contrarijs ſubiectam, tum corporibus conſtitutis, Aer inquit, terræ ſummè eſt oppoſitus, & aquæ ignis, quòd nimirum ſummè eſt oppoſita forma, nam ſi qualitas contraria exiſtat, non aquæ ignis contrarius exiſtat, ſed eius qualitas. Et propterea incorruptibile enuntiat Ariſtoteles cælum, quòd illius ſubſtantiæ nulla eſt contraria ſubſtantia, quod indè (ut dictum eſt) uenatur, quòd propriæ cæli operationi, circulari uidelicet motui, nulla contraria eſt operatio, motus nullus, quæ igitur corrumpuntur, propterea corrumpuntur, quòd ipſorum ſubſtantiæ contraria eſt ſubſtantia, & contrariæ omnino ſubſtantiæ contrarias operantes operationes. Hæc reor intuentes Pe ripateticorum non nulli, nequaquàm, inquiunt, ſubſtantiæ cuilibet ſubſtantiam opponi quamlibet, negat Ariſtoteles, non ſiquidem ſim plici ſimplicem, apertè huiuſmodi ſibi ipſis opponi aſſerens, ſed com poſitam compoſitæ, haud quidem rectè, ſi ſiquidem ſimplicia compo nentiaq; contraria inter ſe exiſtunt, oppoſitaq;, & quæ itidem ex ipſis conſtituta ſunt, non eadem ratione conſtituta, menſuraq;, quod ſi fiat, unum ſint compoſita omnia, ſed aliō in illis, in his uerò longè ſuperante alio, paulò ac ſimplicia minus, oppoſita inter ſe ſint, contrariaq;. Melius itaq; alij, qui nequaquàm, inquiunt, ſubſtantiæ ſubſtantiam negans Ariſtoteles contrariam, formam formæ negat contrariam, ſed materiæ materiam, & ſubiecto ſubiectum, commune quod eſt, remotumq;, quod unum eſt, idemq; omnibus, nihil à ſe ipſo diſſidens quicquam, nam proximum à contraria forma contra rio affectum eſt, diſpoſitumq; modo, hoc enim uel in primis contrariæ inter ſe exiſtunt formæ, ſeſeq; mutuò oppugnant, deturbantq;

2. de gen. T. 22.

o

atq;

atq; interimunt, quòd longè diuerſis gaudent ſubiectis, neq; hoc negarint Peripatetici unq̃;, proprijs conſtitutis qualitatibus, et proprijs itidem diſpoſitionibus, formam elucere aſſerentes, & nequaquàm educi poſſe, niſi materia educendæ formæ apta facta, propriaq;, quibus itaq; equi forma humanæ diſſimilis uideri debet, contrariaq;, ex diſſimili, contrariaq; proxima educta materia, ſiue à contrarijs proprijs qualitatibus huiuſmodi ſit illa facta, ſiue ipſamet illam ſibi concinnarit anima, ab Ariſtotele præſertim edoctis, nequaquàm quã libet animam, cuilibet immittendam eſſe corpori, ſed proprio ſingulas, non ſcilicet materiam quamlibet, cuilibet conuenire formæ, ſed ſuas proprias ſingulis. Et illud (ut dictum eſt) amplius, formalem ſcilicet repugnantiam omnem oppoſitionem eſſe, impotentibus itaq; humana, atq; equina forma, animaq; ſimul eſſe, oppoſitæ, contrariæq; Peripateticis uideri debeant. 2. de anima T. 26. 10. metaphi. T. 12. 13, 14.

Et intenduntur igitur, & remittuntur formæ, contrariæ inter ſe exiſtẽtes, & mutuò in ſe ipſas agentes, & à ſe ipſis patientes mutuò, neq; id ignotum, aut non dictum Ariſtoteli, miſtis ſimplicia ineſſe aſſerenti omnia, at mutua actione remiſſa, imminutaq;, illorum uidelicet imminutis, remiſſiſq; formis, non qualitatibus, neq; enim inſint ſimplicia, quod nullo admittat Ariſtoteles pacto, illorum qualitatibus tantùm remanentibus, non formis ipſis. Nequaquàm miſtio, inquit, fit, ubi eorum, quæ miſcentur, perit alterum, ſed in eius, quòd exuperat accretio, ueluti ſi gutta uini decies millenis aquæ mẽſuris infundatur, non miſcetur, etenim forma uini perit, & uinum in totam aquam uertitur, cum uerò potentias habent quodammodo æquales, tunc utrũq; è ſua mutatur natura, in id, quod uincit, ac ſuperat, non tamen fit alterum, ſed inter utrunq; medium, atq; commune, ineſſe itaq; miſtis ſimplicium formæ omnes Ariſtoteli uidentur, at non ſummæ uigentesq;, ſed ueluti ad mediũ actæ, remiſſæq;, atq; imminutæ, paſſæ omnino, eò autẽ altera, altera magis, quo robuſtiori cõmiſta ſit magis, quæ Cap. 58 1, de gen. T, 88, & 89,

igitur parum agat, patiatur plurimum, penitus interdum pereat, agat nihil, aut inſenſile quid. Modica, *inquit, aqua plurimo infuſa uino, uinum fiat, pereat igitur aqua, uini forma, & ſubſtantia nihil, aut inſenſile, quid immutetur, at copioſiore aſſiduè aqua infuſa, patiatur aſſiduè magis, & debilitetur aſſiduè, & remittatur magis, & aqua etiam fiat, uel aquæ ſimilis res, & aqua omnino tandem.* Remittuntur *itaq;, atq; intenduntur rerum formæ, & omnino quãdo formarum ſunt actiones, longè ipſæ uiſæ diuerſiſſimæ, longè uidelicet remiſſæ, languentesq; magis, & magis intenſæ, ualentesq;, formarum manifeſtant robur, atq; imbecillitatem, intenſionem nimirũ, ac remiſſionem, longè itaq; diuerſiſſimis & entia quælibet, & ipſa itidem eiuſdem ſpeciei animalia proprijs prædita uiribus, & longè igitur diuerſiſſime proprium conficientia opus, quòd nimirum diuerſæ ſunt ipſorum formæ, intenſæ uidelicet, uigentesq;, & remiſſæ, languentesq;,* Nec *uerò organi ineptiam incuſent* Peripatetici*, animam corpore nequaquam ut organo uti uolentes, ſed illius eſſe formam, cum illo itaq;, ut cum proprio operari ſubiecto, tum reliqua uidere eſt interdum animalia, & ipſos præſertim homines, pulcherrimo quidem, aptiſſimoq; corpore, at torpidos penè, & immobiles, ſtupidosq;, & perpetuò ſtertentes formæ, itaq;, aut animæ corpore utentis culpa, propriam prauè operantis operationem, remiſſæ igitur, aut remiſſis proprijs præditæ uiribus.* At *neq; materiæ ſeorsũ incuſent malignitatem, quæ ſi operãti obeſt formæ, propterea obeſt, quòd non à ualente occupata eſt, integraq;, ſed ab inexiſtente contraria repugnante, obluctanteq; imminuta, debilitataq;, remiſſa omnino, neq; enim per ſe imminuat materia, aut repugnet omnino quicquam ipſa, ſed inexiſtens contraria forma.* Tum *manifeſtè ad occaſum tendentes remitti uidentur, imminuiq; formæ, languidiſſimè operantes, & uix ſubiectum retinentes, intendi contra, augeriq;, & uires ſumere exorientes, & ſubiectum occupantes.* Neq;

hoc

hoc uideri debet minus, ſi qualitatibus ut proprijs agant organis, & à qualitatibus, quo Peripateticis placet conſtituantur modo, quæ nimirum qualitatum ſequutæ caſum, cum illis itaq; exortæ, interremptæq; cum illis, refrangi & ipſas oportet formas, imminuiq; imminutis, refractisq; qualitatibus, ſiquidem, ut uel illorũ uidetur optimis, cum propria qualitate imminuta ſtare queat forma, & cum nulla illa ſtare queat, conditionis eiuſdem exiſtentibus qualitatis gradibus omnibus, quod itaq; uni competit, & omnibus competit, ſi igitur absq; uno caloris gradu ſtet ignis forma, & ſine cæteris ſtet, abſurdum omnino, cum imminuta qualitate integram ſtare formam, & formam eandem ualente ad proprium opus, languenteq; uti qualitate. Non itaq; huiuſmodi formæ uidentur termini, ſecundorum præcipuè corporum, quos nullo extendere, aut contrahere liceat pacto, ſed bene magnum extenſi, aut contracti ſpatium, rei, quàm continet, & nomen ſeruant, & naturam, formamq;, Non igitur uinũ quoduis infuſa aqua, uinum eſſe ceſſat, remittuntur itaq;, & intenduntur formæ. Auerrois.

Et *ſenſu itidem percipiuntur. Nec uerè exiſtentes, & materiæ immerſes formas ſub ſenſum cadere, & ſenſu percipi neget unq; Ariſtoteles, qui tangibilis corporis principia, & ſpecies non omnes contrarietates facere affirmat, ſed eas tantum, quæ ſub actum cadunt, tangibili enim differentia, tangibilia inter ſe differre corpora, & qui paſſim formis omnibus actionem attribuit omnem, non igitur leuitatem, grauitatemq; primorum corporum ponit formas, quòd in ſe ipſas mutuò non agunt, at caliditatem, frigiditatemq;, quod agunt, & patiuntur, non modò igitur ſenſu percipiantur Ariſtoteli formæ, at ſolæ omnino, ſolæ agentes, cuius ſiquidem non percipitur actio, nec natura percipitur, nec ſubſtantia, & cuius actio percipitur, illius natura percipitur, & ſubſtantia, non ſiquidem aliud rei ullius exiſtit in ullum actio, quàm paſſi in agens inalteratio, aſſimilatioq;, actio=*

Cap. 59.

2. de gen. T. 7. tactum

ibidem T. 8.

nem itaq́; ſentiens, naturam agentis ſentit, & ſubſtantiam, nihil igitur aliud, at ſolam rerum ſentientes actionem, ſolas ſenſu percipiamus formas, non quidem omnibus, neq́; enim proprias omnibus percipimus actiones, at longè communiſſimo tactu, cui idem exiſtit guſtus, fortè & odoratus, ut declaratum reor, & ſuo amplius declarabitur loco, quædam igitur odorans animalis ſpiritus corrumpitur, ueluti & contingens, guſtansq́;, fortè & etiam magis, proximius contingens nudus ipſe nullis contectus neruis, cutè nulla. Et iniqui omnino uideri Peripatetici queant, eandem ſenſibus omnibus percipi uolentes rem, longè diuerſo percipiētibus, ſentientibusq́; illis pacto, & longè etiam diuerſa, proxima, contiguaq́;, quæ igitur ualentiſſimè agentia, & in propriam naturam proxima uertere potentia, propriam proximis manifeſtent, communicentq́; naturam, quod longiſſimè poſita facere haud queant, at ſpetiem tantùm, uel motus medio datos aeri. Nulla igitur Peripateticorum ratio impedimento eſſe uidetur, quin caliditatem, frigiditatemq́; prima rerum principia, & rerum ponere liceat formas, quales & ſolas eſſe ipſe nobis manifeſtat ſenſus, ſolas omnia conſtituentes, immutantesq́; intuentibus omnia, & in omnibus omnia operantes ſolas, quæ propria tantùm, aut contraria queat forma, neq́; igitur poſitionibus noſtris obſtare quicquàm.

DE NATVRA LIBER SECVNDVS.

QVONIAM autē non terra modò è ſublunaribus primum Ariſtoteli uidetur corpus, ſed & aqua itidem, & aer uterq́;, & nequaquàm à propria cælum calefacere natura, propriaq́; ſubſtantia, caloris omnino expers, & neq́; calorem ſuſcipere aptum, commune ſublunaribus habens nihil, penitus diuerſa præditum natura, ſed ſublunarem aerem commouens, conterensq́;, & neq́; à propria omnino moueri forma, propriaq́; ſubſtantia, ſed ab immotis motoribus, longè à noſtris diſſidentia, ipſius explicanda, excutiendaq́; eſt de ſingulis ſententia, neq́; enim & aliorum etiam recenſendæ ſunt, atq́; examinandæ opiniones, ab ipſo ſatis reiectæ Ariſtotele, & non penitus etiam notæ nobis, & quæ nulli acceptæ, è nullius amouendæ ſunt animo; Vtinam & cum Peripateticis liceret idem, magno itaq́; liberatis labore aliena exponendi, reijciendiq́;, noſtra tantùm explicanda eſſet ſententia, ſed non admiſſis modò illorum placitis, decretisq́;, ſed ea acceptis fide, ac religione, ut ex ipſius naturæ ore prolata, non igitur amplius rei ullius natura inſpicienda, indagandaq́; uidetur cuipiam, at tantùm quid de quaq; Ariſtoteles ſenſerit ſpeculandum; Non id ignoſcant mortales rogandi, quòd uidelicet in ſingulis examinandis Ariſtotelis ſententijs hæreamus, at quòd diſſentire ab illo audeamus, & non illum numinis inſtar ueneremur, nequaquàm illius dicto audientes, ueritatem amicis etiam omnibus præhonorandam prædicantis, nihil igitur præceptorem etiam, amicūq́; incuſare ueritatis gratia uerentis, huius certè nos amore illecti, & hanc uenerantes ſolam, & diu rerum Cap. I.

inſpeximus naturam, nequaquàm in ijs, quæ ab antiquioribus tradita fuerant, acquieſcere potentes, & conſpectam, ni fallor, tandem, aperire illam mortalibus uoluimus, nec probi, nec liberi hominis officio fungi iudicantes, ſi generi illam humano inuidentes, aut inuidiam ab hominibus ueriti ipſi, occultemus illam, Age igitur, ut clarius illa elucescat, quid de quaq; ſēſerit Ariſtoteles re, exponamus, excutiamusq;,
1 *& id agitur primùm, quæ uidelicet, qualiaq; prima rerum agentia poſuerit principia, quæ nimirum niſi uera indagarit, longè aberit, ut uerum quid, ſibi conſtans proferre queat.*

Cap. 2.

1. phys. T. 42. & ſequẽtibus.

Contraria quidem illa oportere eſſe neceſſariò & ipſi uiſa ſunt, ſublunaria omnia in ſe ipſa inuerti, corrumpiq; intuenti, neq; enim contrario carens, immutetur quicquam. Omnes, inquit, contraria poſuere principia, & iure, oportet enim neq; ex ſe mutuò eſſe principia, ſic enim & principia ſint ſingula, & non principia. Præterea, & non ex alijs, niſi enim prima ſint, principia haud ſint, Et ex his eſſe omnia, hoc enim uel maximè principiorum eſt proprium, hæc autē omnia primis inſunt contrarijs, quoniam enim prima exiſtunt, ex alijs haud ſunt, & neq; ex ſe mutuò contraria exiſtentia. Ex his autem omnia, quibus nimirum materiæ accedentibus entia conſtituuntur omnia, generatio præterea omnis iuxta mutationem fit, at in cōtraria immutatio omnis, neq; enim uel quodlibet agat in quodlibet, uel à quolibet patiatur quodlibet, non igitur album è muſico per ſe fiat, ſed è nigro omnino, aut purpureo, aut medio alio calore, & neq; corrumpitur quid in quodlibet ſed in contrarium tantùm, non ergo per ſe album in muſicum, at in nigrum modò. Quodcunq; igitur fit, & quodcunq; corrumpitur, è contrarijs fit, & in contraria corrumpitur, uel in media, quæ & ipſa à contrarijs primis generantur, enuntiare itaq; liceat omnia natura conſtituta, uel contraria eſſe, uel è contrarijs, contraria quidem extrema, è contrarijs autem media, et hucuſq; omnes ferè, inquit, conuenere, omnes enim elementa, &

quæ

quæ principia uocant, licet abſq; ratione ponentes, contraria tamen ponunt, ueluti ab ipſa coacti ueritate. Quin & ipſi itidem unica ſatis eſſe oppoſitio uiſa eſt, & neq; alia addi poſſe, in natura enim una, & genere uno, cuiuſmodi ſubſtantia exiſtit, cuius principia quæruntur, unica tantùm prima eſt oppoſitio, & unica ſatis agere, & conſtituere uidetur omnia. 1. phys. T. 50. 55. & 56.

Ea porrò contraria principia poni oportere exiſtimans Ariſtoteles, quæ à nullis continentur, at ipſa reliqua contineant, formæ attulit, & priuationis oppoſitionem, quæ contrariorum oppoſitionem continere Ariſtoteli uidetur, contrariorum enim alterum præſtantius uidelicet, nobiliusq́;, forma, atq; habitus Ariſtoteli uidetur, priuatio alterum, deterius uidelicet quod eſt, atq́; ignobilius, quod nimirum, ueluti illius defectus apparet, paſſim itaq; & frigidum, & nigrum, & amarum, & graue, atq́; immobilitatem, & deterius omnino contrarium priuationem ponit, & quæ igitur horum cuiuſuis in alterũ in præſtantius ſcilicet fit immutatio, uera Ariſtoteli, & ſimplex uidetur generatio, at non quæ è præſtantiore in deterius fit immutatio, ut ubi ex igne terra fit, ſed ueluti corruptio, Cuius enim inquit, differentiæ hoc aliquid, habitum uidelicet, formamq́; ſignificant, id magis ſubſtantia eſt, cuius contra differentiæ priuationem magis, id magis non ens eſt, his autem diferẽtijs ignis, & terra differunt, & alibi, Prima, inquit, cõtrarietas habitus eſt, & priuatio, quod non ita multò poſt explicans, Si generationes, inquit, ex contrarijs in natura fiũt, è forma autẽ fiũt, & formæ habitu, aut ex aliqua formæ priuatione, patet omnem quidem contrarietatem priuationem quandam eſſe, priuationem autem non omnem fortaſſe contrarietatem eſſe, Patet etiam per inductionem, omnis enim contrarietas contrariorũ priuationem habet, tum ſermonem quaſi abſoluens, Quare, inquit, per priuationem ſemper contrarium alterum dici patet, Quæ exponens Aphrodiſæus, licet, inquit, in libro de generatione ſatis ſit demonſtratum, Cap. 3. 1. de gen. T. 18. 10 metaph. 15. & 16.

monſtratum generationem omnem, uel ex forma, & habitu, uel ex priuatione fieri, tamen hic quoque repetendum eſt, nam cum ex muſico, aut albo fit immuſicum, aut nigrum, ex forma, & habitu efficitur generatio, ut enim in libro, quem modo citaui, docetur, F*ormarum præſtantiores habitus ſunt, & magis formæ, deteriores uerò priuationes, cùm igitur ex immuſico, aut nigro, muſicum efficitur, aut albũ, ea generatio ex priuatione fit, quòd ſi nigrũ, & album contraria ſunt, & nigrum eſt albi priuatio, & immuſicum muſici, dubitari non debet, quin omnis contrarietas priuatio ſit, & habitus, at non omnis priuatio contrarietas eſt, quoniam priuatio multifariam dicitur,* I*nductione itidem palam eſſe ait omnem contrarietatem priuationem eſſe, nam frigiditas caloris habet priuationem, albedinis nigredo, ex hoc autem priuationem non aliud eſſe colligimus, quam alterum contrariorum, hoc eſt unam partem contrarietatis,* N*igrum. n. pars una contrarietatis eſt, quæ integra ex albo conſtat, & nigro,* C*ontrarietas igitur omnis priuationem, inquit, habet, & priuatio eſt alterum contrariorum, & alibi inquirens* A*ri*-
12. mitaph. T. 12. *ſtoteles utrum omnium eadem principia ſint,* S*unt, inquit, & non ſunt, ueluti corporum forſan ſenſibilium, calidum quidem eſt ut forma, frigidum uerò alio modo priuatio eſt, & materies id, quod hæc eſt potentia, primùm per ſe, tum paucis interiectis,* S*imilitudine, inquit, rationis omnium principia eadem dicere poſſumus, perinde atq; ſi quiſpiam dixerit tria principia eſſe, formam, priuationẽ, atq; materiam, uerum unum quodq; iſtorum circa unum quodq; genus diuerſum eſt, ut in calore album, nigrum, ſuperficiès, lumen, tenebræ, aer, ex his autem dies emèrgit, & nox,* A*d uniuerſaliſſima igitur ſpectanti* A*riſtoteli, inquit* A*phrodiſæus formam dico, priuationem, & materiam, eadem omnium initia ſunt, omnia. n formæ, priuationi, & materiæ ſubijciuntur, quod quadam inductione oſtendit,* N*am ſenſibilium, inquit, corporum forſam id eſt exẽ*

pli

pli gràtia, Calidum, ut forma eſt, Frigidum, ut priuatio, materia porrò, quod calidum, uel frigidum effici poteſt, calidum igitur eſt forma, frigidum Priuatio, materia uerò, quod eſt utrunq; potentia; E quibus apertiſſimè patere uidetur nobilioris contrarij loco formam Ariſtoteli poſitam, ignobilioris priuationem, ut illius defectum, idq; propterea ipſi factum, quòd, ut dictum eſt, priora quæ ſunt contraria, & quæ continent magis, & magis ſecundum rationem nota exiſtunt, principia ponenda exiſtimat, qualia par, & impar, magnum, & paruum, & exceſſus omnino uidentur, defectusq;, non quæ continentur, & poſteriora ſunt, & ſecundnm ſenſum notiora, qualia calidum, frigidumq; uidentur, & humidum, ſiccumq;, & denſum, rarumq;, hæc ergo ponentes hoc ipſo damnat, hoc ipſo contra illa ponentes, probans, admittensq;, haud fortè rectè, cur. n. ueris omiſſis, proximisq; rerum principijs, & uerè exiſtentibus, & uerè res conſtituentibus, quæ uel Ariſtotelis teſtimonio ſenſibilia eſſe oportet, ſenſibiles conſtituentia res, ea ponamus, quæ ratione tantùm percipi queant, quòd nimirum neq; agunt, neq; conſtituunt quid, & neq; uerè exiſtunt, at à nobis imaginata, effictáq;, continere illa uidentur, quando illa ponentes nullum, ut uidetur, excipit nos incommodum, & omnium licet aſſignare cauſas, nihilò quàm ijs minus; at ſiue iure, ſiue iniuria, Ariſtoteles certè ſẽſui expoſita reijcit principia, ea admittit, quæ non ſenſu, at ſola comprehenduntur ratione, Omnes, inquit, elementa, & quæ ab ipſis principia nuncupantur, quanquàm ſine ratione ponunt, contraria tamen, quaſi ab ipſa ueritate coacti faciunt, ſed differunt inter ſe, quòd alij priora, alij poſteriora, & nonnulli ratione, alij ſenſu notiora accipiunt, Quidam. n. calidũ, & frigidum, alij humidum, & ſiccum, alij par, & impar, nonnulli concordiam, atq; diſcordiam generationis cauſas ponunt, quæ quidẽ inter ſe eo modo, qui dictus eſt, differunt, ut eadẽ quodamodo, & diuerſa dicant, diuerſa quidem quemadmodum & plurimis uidetur

1. phys. T. 48.

T. 49.

tur

tur, èadem uerò proportione, cum ex eadem ſerie accipiant, quod explicans, Contrariorum namq́;, inquit, alia continent, alia continentur, ſic igitur eadem, & diuerſo modo, meliusq́;, & deterius enuntiant, & alij quidem ratione, ut dictum eſt, alij ſenſu notiora, uniuerſum enim ratione eſt notum, ſingula autem ſenſu, Nam *rei uniuerſæ ratio eſt, eius uerò, quæ in parte eſt, ſenſus, ceu magnum, & paruum ratione, rarum, & denſum ſenſu;* V*niuerſaliſſima igitur oportere eſſe contraria; quæ principia ponuntur, & à nullis cõtenta, at ipſa cætera continentia iudicans* A*riſtoteles, formam ipſe attulit, & priuationem, quæ contraria omnia continere uidentur, nobilia illa quidem, præſtantioraq́;, ignobiliora hæc, & deteriora,* N*equaq̃; igitur ut non ens poſita* A*riſtoteli uidetur priuatio, ſed ut natura quædam & ipſa, deteriora contraria continens omnia, & omnino, ut deterius contrarium.*

Cap. 4. Nec *uerò id obſtet quicquam, quòd paulò poſt interna tantùm ſingularũ rerũ principia inquirere uidetur, & quæ ſingulas cõſtituũt res, & ſingulis inexiſtunt, quæ materia, & ſola effectæ, conſtitutæq; rei uideri poteſt forma, & quòd priuatione, ut non ente ad ſingularum rerum utitur generationẽ, ut. n. id quoq́; factum ſit, & rectè etiam factum, rerum omniũ inuentis principijs, quæ neceſſariò contraria duo uiſa fuere, & æquè utraq; agentia, res intuenti longè inter ſe diuerſiſſimas, & longè diſſimillimas, & quæ mutuò in ſe ipſas agant omnes, & mutuò à ſe ipſis patiantur, & in ſe ipſas inuertantur omnes mutuò, quæ igitur à duplici æquè agente conſtitutæ ſint contrario, non ſiquidem, quod* A*riſtoteli placere interdum uidetur, ſola formæ abſentia conſtituet unq̃; quid, materia igitur ſola, & per ſe ens appareat, forma quauis recedente, alia oportet adſit, ſi conſtituendum eſt quid, & materia per ſe exiſtens non danda, at neq́; ſubiecto ullo ulla unq̃; libens decedat forma, & intereat igitur libens, & non à contraria, & robuſtiore eiecta, extruſaq;, tum priuatio,*

uatio, quæ ut non ens ponitur, non aliud Ariſtoteli quicquam, aut ſuorum ulli uideri poteſt, aut uidetur omnino, quàm generandæ formæ, quæ inexiſtenti, & corrumpendæ contraria eſt, abſentia, non ſiquidem materia ulla uſpiam omnino informis, at & unum ſint omnia unica exiſtente forma, neceſſariò igitur duplex afferenda Ariſtoteli fuit rerum omnium afferenti principia, qualia inquiri apertiſſimè ipſe affirmat, omnia ex ijs oriri oportere aſſerens, & duplicē omnino attuliſſe apertiſſimè declaratum reor, At, ut dictum eſt, ut ſingularum itidem rerum inexiſtentia inquirat principia, & è quibus ſingulæ res conſtant, quæ materia, & ſola inexiſtens uidetur forma, & ut ad harum generationem priuatione, ut non ente utatur, & ut id rectè, & neceſſariò etiam uideatur factum, quod nequaquā uidetur, neq; enim ad generationem priuatio præbere uidetur quid, quòd quæ recedit, & quæ corrumpitur non præſtet forma, quæ in omni adeſt generatione, non ſi quidem, ut dictum eſt è materia penitus informi quicq; fiat unq;, quæ nimirum nullibi exiſtit uſpiā Formæ igitur, quæ fit abſentiam, ut neceſſariam ad generationem rem inuehens, ſi non ſuperfluus, nimis certe acutus uideri Ariſtoteles queat, at ut rectè id, & neceſſariò etiam ſit factum, Nuſq; id negare auſint Peripatetici, Rerum uidelicet omnium agentia imprimis inquiſita eſſe Ariſtoteli principia, omnia ex ijs, ut uiſum eſt, conſtitui oportere aſſerenti, & contraria eſſe, quod non in quodlibet agat, nec à quolibet patiatur quodlibet, & tria eſſe ſatis affirmans, unum namq; ad patiendum, & ad agendum igitur duo, & unicam ad rerum conſtitutionem ſatis eſſe oſtendenti oppoſitionem, quòd nimirū in omnia inuertantur omnia, quod niſi duplex adſit forma, & contraria, & æquè agens utraq; fieri nuſq; queat, Nulli itaq; dubium eſſe poſſit, deterioris loco contrarij priuationem eſſe Ariſtoteli poſitam, At ut horum etiam negent quid, illud certè nullus non admittat, probètq;, à duobus nimirum primis contrarijs ſubſtantiam in qua

generationes ſiunt, & corruptiones, detineri, & tria hæc ſatis eſſe Ariſtoteli principia ad rerum omnium conſtitutionem, & quæcũq; igitur ſiunt à duobus fieri, conſtituiq; primis contrarys, apertiſſimè
1. phys. T. 56. hæc omnia enuntianti, & longè firmiſſimis, ut uiſum eſt, innixo rationibus, quibus expoſitis, Iis igitur, inquit, qui partim hæc, partim eiuſmodi alia conſiderant, tria eſſe elementa conſiderare cum ratione coniunctum, ut ante diximus, uidetur, ſed tribus plura minimè, nam ad patiendum ſatis eſt unum, & duo igitur ad agendum ſatis, uel Peripateticorum omnium teſtimonio, tum ſi quatuor poſitis duæ erunt contrarietates, utriusq; ſeparatim contrarietatis naturam quandam mediam eſſe oportebit, altera profectò ſuperuacanea erit contrarietas, Rectè ſanè, neq; enim ut declaratum eſt, natura una pluribus ſubijciatur oppoſitionibus, tum materiam unam, & unam ſatis eſſe ad omnium conſtitutionem oppoſitionem, mutua omnium in omnia ſatis manifeſtat inuerſio, neq; enim quæ in diuerſis conſtituta ſunt ſubiectis; uel ab oppoſitionibus diuerſis, mutuò in ſe agere, & mutuò in ſe inuerti unq; queant, quòd nimirum, ut ſæpe dictum eſt, non quodlibet in quodlibet, at contrarium modò in contrarium agit, nec plura uni contraria, ſed nec plures, inquit, poſſunt eſſe contrarietates primæ, quandoquidem ſubſtantia unum quoddam genus eſt eius quod eſt, principia igitur eo ſolùm, quod prius eſt, & poſterius, non genere inter ſe different, in uno enim genere una ſemper eſt contrarietas, omnesq; in unam uidentur contrarietates reduci, id nimirum innuens, nequaq; uidelicet multis etiam in ſubſtantia conſpectis contrarietatibus, plura ponenda eſſe principia, uel à pluribus illam detineri contrarietatibus, neque. n. primæ exiſtunt omnes, & genere inter ſe differentes, ſed omnes ab una contineri uidentur, & reduci ad unam omnes, Natura igitur una, & contraria duo illorumq; media omnia conſtituere Ariſtoteli ſatis ſunt, quic
1. phyſ. T. 47. quid, inquit generatur è contrarys profectò generatur, & quicquid

interit

interit, in contraria interit, atq; in ea, quæ inter hæc locata ſunt, è contrarijs autem fiunt, quæ in illorum medio locata ſunt, ut colores ex albo, & nigro, Quæcunq; igitur natura fiunt, aut contraria ſunt, aut è contrarijs, uel à primis nimirum, puriſq; conſtituta contrarijs, uel ab ijsdem, ſibi ipſis Ariſtoteli immiſtis. Subſtantia igitur, in qua generationes fiunt, & corruptiones, cuius principia inquiruntur, natura una, & unum genus Ariſtoteli uidetur, & ab unica tãtùm detineri prima oppoſitione, & tria igitur rerum generatarum principia eſſe, materia nimirum una, & contraria agentia duo, uel ipſa non inquirenti, quæ in ſeſe mutuò agentia, & mutuò è materia ſeſe deturbantia, per uices ipſam occupent, informentq;, & longè diuerſiſſimas conſtituant res, quòd non ſemper purum alterum Ariſtoteli materiam occupat, ſed alteri commiſtum, & longè diuerſiſſimo commiſtum modo, Rectè quidem principiorum naturam indagaſſe, & numerum uidetur Ariſtoteles, & qui igitur ſi ſibi ipſi, & ipſis rebus conſentiens reliqua poſuerit, ſummè probandus uideri queat, ſin minus, non admmittendus, Age itaq; contraria, è quibus prima conſtituantur corpora, indagantem audiamus, & mutuò hæc inuertentem, & ex horum commiſtione reliqua componentem omnia.

Quoniam, inquit Ariſtoteles, ſenſibilis corporis inquirimus principia, ſenſibiles indagandæ ſunt contrarietates, neq; illæ omnes, ſed quæ maximè exiſtunt communes, & omnibus inſunt ſenſibilibus corporibus, tactiles igitur, neq; .n. quæ nõ omnibus inſunt principia apparere queant, formæq; omnium. At neq; tactiles omnes, ſed primæ tãtùm, quæ ſcilicet à nullis ortæ ipſæ, reliquas conſtituere uidentur omnes, hoc enim ſiquid aliud principijs conuenit, & quæ agere inſuper, & pati queant etiam, niſi enim & hoc adſit, nequaquàm corporum principia ſint, quæ in ſe mutuò agere, & à ſe ipſis mutuò uidentur pati, & mutuò in ſe ipſa tranſmutari, Huiuſmodi, inquit, caliditas uidetur, & frigiditas, tum & humiditas, ſiccitaſq;. Nam Cap. 5. 2. de gen. T. 7. & ſequentibus.

agere caliditas, frigiditasq́;, pati humiditas uidetur, ſiccitasq́;, ut uel ex ipſorũ uidere eſt rationibus, caliditas itaq́; alienorũ diſgregatiua, cõgregatiua dicitur ſimiliũ, cõgregatiua omniũ frigiditas, cõgregare porrò, & diſgregare agere eſt, Humiditas autem proprio indeterminata termino, bene ab alio determinabilis, indeterminabilis cõtra dicitur ſiccitas, proprio terminata termino. Terminabile porrò paſſiuum eſſe, & indeterminabile, uel ab ipſo edocemur nomine. At & id etiam ineſt caliditati, frigiditatiq́;, & humiditati itidem, & ſiccitati, quòd à nullis ipſæ manant, neq́; à ſe ipſis mutuò, neq; enim uel à caliditate manet frigiditas, neq; ab humiditate ſiccitas, aut è cõtra. At neq; quod humidum eſt, inquit, uel frigidum appareat, neq; itidem quod exiſtit ſiccum, quin & qualitates reliquæ ab

a his manére uidentur, tenuitas nanq; & uiſcoſitas, mollitiesq; humiditatis ſunt, & ſub humiditatem aguntur, ſub ſiccitatem contra craſſities, & ariditas, duritiesq;, & ſiccitatis uidentur propriæ omnibus igitur inexiſtentes corporibus caliditas, frigiditasq;, & humiditas, ſiccitasq;, & in ſe ipſas mutuò agentes, & mutuò patientes, et à nullis ipſæ conſtitutæ, & cæteras conſtituentes omnes, & generantes, immutantesq;, & corrumpentes omnia, primorum apparent principia corporum. Caliditas igitur ſiccitati iuncta ignem, humiditati aerem Ariſtoteli conſtituit, frigiditas autem ſiccitati terrã. Aquam uerò humiditati, quæ omnia prima Ariſtoteli uidentur, ſimpliciaq; corpora. Non plura autem à quatuor conſtituuntur principijs, neq; enim caliditati frigiditas coeat, aut ſiccitas humiditati, ſummæ præſertim ſumma, minimèq; remiſſis prædita uiribus, quales prima oportet, conſtituunt Peripateticis corpora, remiſſionem omnem per contrarij fieri uolentibus admiſtionẽ, quæ nequaq́; primis, ſimplicibusq; inſit corporibus.

Cap 6. T. 24. & ſequentibus. A contrarijs porrò, & mutuò in ſeſe agẽtibus, & mutuò patientibus cõſtituta prima corpora principijs, mutuò in ſeſe inuerti, immutariq;

omnia,

omnia, at multò illa facilius, promptiusq;, quæ alterum commune habent principium, in quibus nimirum alterum tantùm inuertẽdum ſit, immutandumq;. multò itaq; facilius in aerem inuerti aquam, in quem ſcilicet ut inuertatur, ſola inuertenda ſit frigiditas, quàm in ignem, ubi humiditas itidem extrudenda ſit, atq; interimenda. Quin ſi in utroq; mutuò in ſeſe agentium, altera inuertatur qualitas, & horum itidem migratio facilis appareat, at non in ſeſe mutuò. Ex igne igitur, & aqua, huius humiditate, illius interrempta caliditate, terra fit, aer contra ſiccitate ex igne, ex aqua frigiditate deuicta, mutuò igitur inuerti prima corpora omnia, & e duobus tertium conſtitui ab oppoſitis præpotentibus qualitatibus, quocunq; id eueniat pacto, penitus illorum deiectis, interemptisq; conſtituentibus qualitatibus. At non ſi ueluti exæquatis agant uiribus, ſingulæ igitur, haud ualde in oppoſitas agant, quàm patiantur plus, debilitentur itaq; ſin T. 48. *gulæ, imminuanturq; penitus corrumpatur nulla, hoc ubi fit, nequaquàm ſimplex conſtitui ullum, ſed ex omnibus miſtum, cõpoſitũq;, huiuſmodi autem innumera penè fieri, neq; enim in indiuiſibili primorum corporum uires, aut quæ unico ſeſe excedere queant pacto. Carnes itaq;, inquit, & oſſa. Multò autem perfectiora compoſita eſ* 2. de part. *ſe, nobilioraq;, ad quæ nimirum prima, ſimpliciaq; materiæ obtine* Cap. 1. *ant uicem, neq; enim, ut dictum eſt, penitus corrumpi illorum ullum, quod ſi fiat, nequaquàm ex omnibus miſtum fiat ullum, ſed reliqua exuperans conſtituatur, inſint igitur omnia, at remiſſis prædita uiribus, qualia contraria etiam, oppoſitaq; inexiſtentia, in eodem tamen ſubiecto, & ſimul eſſe poſſe Peripateticis uidentur, Ineſſe autẽ* 2. de gen. T. 49. *omnia ſimplicia miſtis omnibus, neq; enim non terra inſit omnibus, in proprio præcipuè terræ compoſitis loco, & aqua itidem opus eſſe, neq; enim terra, inquiunt, aqua non infuſa terminari, & ſeſe contineri queat, ſed conſiſtere impotens diffluat, dilabaturq;. Et ignis igitur, & aer miſtis inſint omnibus oportet, non ſiquidem uel ter-*

ra

2. de gen. T. ra inuertatur, uel aqua, niſi ignis adſit, & aer contrariis præditi, agẽ
84. & 2. de teſq; uiribus. Miſtorum autem corporum formam nullam eſſe, è qua
part. Cap. 1. tuor qualitatibus puram, uigentemq́; at neq; alteri commiſtam, atq;
ab altera paſſam, imminutāq; ut uideri poſſet, ſed aliam omnino à
qualitatibus, & longè perfectiorem, nobilioremq́; operationes ædẽ
tem longè præſtantiores, & uerè ſubſtantiam, quæ igitur a ſolis
qualitatibus conſtitui haud queat, quæ Peripateticorum, quibus non
uidentur accidentia, non ueræ uidentur ſubſtantiæ, at quæ ueluti
mediæ ſint inter ſubſtantias, atq; accidentia, ignobiliſſimæ certè, et
quæ materiæ primæ proximiores, illius ſapiunt imperfectionem. Ne
quaquàm igitur ueras ipſæ, & nobiliſſimas conſtituant ſubſtantias,
neq́; enim ens ullum extra proprium agere gradum aut queat, aut
uelit, quod nimirum aliud à ſe ipſo, licet ſe ipſo producens nobilius, ſe
2. de gen. T. ipſum perdat magis, quàm conſeruet, Pati præterea à ſe ipſis mutuò
54. uiſæ caliditas, frigiditasq́; & nulla in agendo ratione uti, arte nulla,
55. nequaquàm efficientia uideri queant principia, quæ & arte, ratio-
neq; in agendo uti uidentur, & pati nihil oportet, immutari nihil;
Aliud itaq; qualitatum fortè ut organorum opera, ac miniſterio uſũ,
56. & ipſas perficiat, & nobiliores conſtituat formas, Cælum uideli
cet ipſum, & cæli motus, obliquus præſertim, qui generatiuum ad
ducens, abducenſq; Solem, generationem facit, et ipſi contrariam cor
ruptionem, contrariæ enim, oppoſitæq; ſibi ipſis generatio, & cor-
ruptio à contrarijs fiunt oportet agentibus cauſis. Hæc Ariſtoteles
ſuiq; de ſimplicium, compoſitorumq́; corporum generatione, quæ ſi
& primis ipſius poſitionibus, & ijs amplius quæ ſenſu percipiuntur
conueniant, conſentiantq́; rectè uideri debent dicta, ſin minus haud
rectè, neq; enim aliunde horum ſpectanda eſt, aut petenda ueritas.
Singula igitur quæ prima Ariſtoteli uidentur, ſimpliciaq́; intuenda
ſunt corpora, & num qualia Ariſtoteli ponuntur, & qualia prima
oportet eſſe, ſimpliciaq́; corpora, conſiderandum, & num eo in ſeſe

mutuò

mutuò immutentur, & ſibi ipſis commiſta, cætera conſtituant om-nia, quo Ariſtoteli uidetur pacto.

At *ſummè illud primùm mirari licet, quòd duplici ad primorum corporum conſtitutionem oppoſitione utitur* Ariſtoteles*, tum præterea, quòd altera utitur, quæ & nihil agere, & manare ab altera ipſi itidem uidetur* Ariſtoteli*;* R*ationi congruum uidetur ipſe, ut uiſum eſt, in quit, (neq;. n. ſæpius eadem repetere grauari oportet, quæ ſæpe ante oculos poſita, ueritatem manifeſtent magis) tria ponere princi pia, at non tribus plura,* N*am ad patiendum ſatis eſt unum, duo ſa-tis ad agendum contraria, neq; alterã agentium licet addere oppoſi-tionem, ſi ſiquidem altera ſatis ſit generare omnia, ſuperflua ſit, ocio ſáq; altera, ſi non omnia, at certa quædam, determinatáq;, primùm non omnium eadem erunt principia, tum & ſuperflua itidem appa reat oppoſitio altera, cuius contraria alterius coeant, & unum fiant contrarijs, quando enim in omnia, immutari uidentur omnia, & quod immutatur in contrarium tantùm immutatur, & unum uni cõ trarium, in duo igitur immutari uiſum contraria, in unum uideri de-bet immutatum.* T*um nec plures, inquit, poſſunt eſſe contrarieta-tes primæ, quandoquidem ſubſtantia unum genus eſt, eius quod eſt, principia igitur eo ſolùm, quod prius, & poſterius eſt, non genere dif ferrent, in uno enim genere una eſt contrarietas, omnesq; in unam uidentur contrarietates reduci, & ſermonem tandem abſoluens, pa tet, inquit, contrarijs aliquid ſubijci oportere, & contraria duo eſſe,* Ariſtoteli *igitur imprimis materialis hæc, & generatilis ſubſtantia à contrarijs primis duobus tantùm detineri uidetur, quæ inſunt alia, nequaquàm alterius generis, & prima eſſe, ſed à primis illis manare, & conſtitui, efficiq; à primis,* Mirari *igitur licet ad primorum cor-porum conſtitutionem duplicem illum attuliſſe oppoſitionem, & æquè utranq; primam, & æquè agentem utranq;.* Neq; *enim ab oppoſitione alia, alijsq; contrarijs prima conſtitui poſſe uideantur cor*

Cap. 7.

1. phyſ. T. 56.

pora,

pora, quàm à quibus materia ditineri, pati, & figurari, in formariq; Ariſtoteli uidetur, non ſiquidem inexiſtentia, & agendi ui prædita conſtituere nihil, & nihil agere uideantur, fruſtra itaq; ineſſe torpentia, ſtertentiaq;, agentia porrò quid, prima certè conſtituant, ſimpliciaq; corpora, quæ nimirum à primis conſtituenda ſunt, atq; integris, non à medijs, imminutisq;, à qualibus ſecunda Ariſtoteli itidem conſtitui uidentur, miſtaq;, ab ijſdem itaq; contrarijs, & ab oppoſitione eadem, à qua materia hæc detineri, prima itidem conſtitui uidentur Ariſtoteli corpora, at non ſola, quòd oppoſitio unica nequaquàm dūobus plura conſtituere queat, quaſi igitur alterius adiectæ oppoſitionis cauſam aſſignans, ſi, inquit, una ſit contrarietas, per quam mutationem ſubeant, duo ſint prima corpora eſt neceſſe, nam inſenſibilis, inſeparabilisq; materies medium eſt, non ſcilicet ipſa aliquod tertium corpus facit, quoniam eſt media, contrarietati uidelicet ſubiecta, & ueluti per uices utrunq; recipiens contrarium, inſenſibilis ipſa exiſtens, & informis, & per ſe ſubſiſtens nunq;, cùm igitur plura, inquit, uideantur corpora, duæ ad minimum contrarietates erunt, neq; enim principia duo duobus plura prima conſtituant, quæ, ut dictum eſt, à principio conſtituenda ſunt, puro, impermiſtoq;, atq; integro. Mirari, ut dictum eſt, licet, Quoniam enim à duobus tantùm primis contrarijs, materialem hāc, & generatilē ſubſtantiā detineri, multæ Ariſtoteli, & firmiſſimæ; demonſtrarant rationes, illud inſuper demonſtratum eſſe oportuit, prima nimirum hæc, ſummèq; contraria extremas communis materiæ occupaſſe partes, ſummè enim abeſſe oportet, ſummè quæ ſunt contraria, pura itaq; in illis uigere, ſibi ipſis commiſta nihil, & nihil imminuta, paſſa nihil, non talia in medijs uideri, ſed ſibi ipſis commiſta, uel à ſe ipſis muto paſſa, imminutaq;, contrariorum omnium more, & uiſum eſt omnino, Quæcunq; fiunt è contrarijs gigni enuntianti, & quicquid interit in contraria interire, atq; in ea quæ inter hæc

2. degen. T. 34.

1. phys. 47.

hæc locata ſunt, è contrarijs autem eá fieri, quæ in illorum medio lo-cata ſunt, ut colores ex albo, & nigro, & concludenti igitur, quæ-cunq; natura fiunt, aut contraria eſſe, aut è contrariis Et illud igi-*tur amplius, duo nimirum prima eſſe, ſimpliciaq; corpora à principiis conſtituta impermiſtis, puriſq;, atq; integris, nihil paſſis, imminutis nihil, & in extremis poſita eſſe illa uniuerſi locis, quæ media ſunt, nō prima eſſe, à naturis conſtituta non puris, ſinceriſq;, uel non ſummis, integriſq;*. Hæc *cogitanti longè reor ueriſſima, & longè etiam manifeſtiſſima, uel non talia conſpicienti aut extrema, aut media uniuerſi corpora, duo illa tamen prima eſſe, ſimpliciaq; uideri pote-rat, hæc non prima, nec ſimplicia, ſed ex illis manantia, & com-poſita ex illis. Eò igitur amplius talia intuenti omnia, qualia eſſe oportere dictauit ratio. In ſola nimirum terra, & cælo ſolo ſummas, & contrarias uigere uires, & ex horum actione, & quaſi comple-xu, cætera conſtitui omnia, aeri, & aquæ quod prima eſſe, & ipſa declaret corpora inexiſtere nihil, at ſecunda eſſe, miſtaq;, quæ inſunt omnia, manifeſtè è terra à* Sole *educta, & languidiſſimis præ dita uiribus, quæ igitur à calore quouis, & à quouis immutantur, & corrumpuntur etiam frigore, in terram, aut in cælum, nihil agere unquàm queat, & quæ in medijs poſita locis operationes operantur medias, & ipſo etiam aſpectu appareant media, quæ igitur pacto nullo prima uideri queant, & eò aqua ſeorſum minus, quòd nulla ip ſius apparet unita, & ſtabilis moles, niſi mare ipſum, calidum* Ariſtoteli *imprimis, ſiccumq; uiſum,* Hæc *intuito* Ariſtoteli *nequa-quàm altera adiicienda erat & princeps, & agens oppoſitio, quæ & ipſa prima conſtitueret corpora, at is manifeſtiſſima hæc nihil intuens, & ueluti ſui oblitus, ab oppoſitione unica ſubſtantiam deti neri, ut uiſum eſt, ſummè contendentis, & pulcherrimè etiam de-monſtrantis, & ad omnia conſtituenda ſatis eſſe illam uidentis, & prædicantis, ab* Hippocrate*, ut uidetur perſuaſus, plura eſſe prima*

corpora, alteram adiecit, & primam, & agentem, quòd oppoſitio unica, duo tantùm conſtituat, non plura.

Cap. 8. Nec *uerò in ſimplicium conſtitutione humiditate, ſiccitateq; ut materia, & ſubiecto uſſum dixeris* Ariſtotelem, *quòd utiq; innuere uidetur, pati illas, caliditatem agere aſſerens, & frigiditatem, & alibi materiæ illas, & paſſiui principij in miſtorum compoſitione ſubire affirmans uicem, apertiſſimè, ut uiſum eſt, ennunciante ipſo, ad primorum corporum conſtitutionem, haud quaquàm duo ſatis eſſe agentia, conſtituentiaq; principia, quòd quatuor illa ſint,* Si, *inquit, contrarietas*

2. de gen. *una exiſtat, duo ſint prima corpora, at quoniam plura eſſe uidentur,*

34. *duæ ad minimum cõtrarietates erunt, agentes nimirum, & conſtituẽtes, nam materies medium eſt, inquit, impotens uidelicet, per ſe ipſa corpus conſtituere, at contraria per uices ſuſcipiens, conſtituenti itaq; prima corpora* Ariſtoteli *agentes omnino uidentur humiditas, & ſiccitas, nihilo quàm caliditas, & frigiditas minus.* E*t utraq; igitur proprium ſpecificare elementum, ueluti & hæ, & inuertenti*

23. *etiam illa, & commiſcenti,* Ex *igne aer fit, inquit, ſiccitate depulſa,*

25. *& ex aqua terra humiditate deuicta, deiectaq;, deturbant autem ſe ſe, atq; interimunt, nullius uſæ caliditatis, aut frigiditatis ope, quid enim, uel ſiccitatem interimat caliditas, uel humiditatem, cui utriq; in altero libens perpetuo coit? & miſtis omnibus aerem ineſſe opor-*

49. *tere contendit* Ariſtotiles, *qui contrarijs terræ præditus uiribus, terram inalteret, imminuatq;, & ignis itidem, à quo utroq; aquæ oppoſito principio caſtigetur, & refrangatur aqua, non quidem niſi ad humiditatem inalterandam, ſiccitatis opus habeat opera, & è contra, ſed caliditas ſatis ſit, & aeris ſit opus opera, & ignis, ſed ſolus aer ad miſtorum conſtitutionem ſatis ſit, uel ignis ſolus.* A*t neq; humiditas, & ſiccitas & caliditatis, & frigiditatis, utraq; utriusq; materia uideri potuit* Ariſtoteli, *neq; enim contrariæ formæ, materiam unam, nec contrarias formas materia eadem ſuſcipere apta, &*

humiditas

humiditas igitur, & ſiccitas agentes & ipſæ, in primorum conſti-tutione corporum Ariſtoteli uidentur.

A *duplici igitur oppoſitione, & æque agente, & æquè prima utraq; detineri ſubſtantiam, quam, ut dictum eſt, & elegantiſſimis quidē rationibus ab unica detineri demonſtrarat, hoc mirari licet primùm tum nihilò id minus, quòd illam adiecit, quæ ipſi itidem agere uidetur nihil, at pati tantùm, & conſtitui etiam ab altera, prima igitur componens corpora calidum, frigidumq; illorum ponit principia, & humidum, ſiccumq;, illa quidem, quòd actiua ſint, hæc uerò quod paſſiua, & miſtorum edocens conſtitutionem, Calor, inquit, & frigus efficiendi uim habent, ſiccitas uerò, & humor patiendi, id quòd inductione probatur, calor enim, & frigus, cum ea quæ eiuſdem, tum quæ diuerſi generis ſunt, determinare, coniungere, immutare, humectare, exiccare, durare, mollire in omnibus uidentur, humida autem & ſicca, tum ipſa per ſe, tum quæ communiter ex utriſq; cōcreta ſūt, corpora terminari, & alijs quæ dictæ ſunt, qualitatibus affici. Neq; aliud igitur agere humiditas, ſiccitasq; Ariſtoteli uidentur, nec ſe ipſas conſtituere, aut quæ ipſarum ſunt propria, ſed pati tantùm, & à caliditate conſtitui, & frigiditate. Quæ ſolæ agere, & non ſe ipſas modò, ſed & illas itidem, & quæ illarum propria ſunt, & ueluti ſpeties conſtituere, & operari uidentur omnia. Et uideantur neceſſe eſt, nullam uel humiditatem intuenti unq;, uel ſiccitatem in oppoſitam agentem quid, & ſe ipſam in oppoſita conſtituentem, nuſq; uidelicet illarum alteram, alteram materia deturbantem, & è materiæ eiuſdem ſinu ſe ipſam educentē, quo pacto Ariſtoteli agere, & qualitates uidentur, & formæ ſed imminui tantùm ab immiſta altera alteram, neq; enim alia terra exiccare uidetur ratione, at ueluti inhauriens, inbibensq; humiditatem, & neq; alio aqua humefacere pacto, at ſicciora corpora ſubiens, & ſe illis indens, quæ igitur ſubire nihil poteſt aqua, nihil aqua humefacit unq;, & nihil un-* Cap. 9. 2. de gen. T. 8. 4. meteor. T. 1.

quàm areſit ab illis, at hoc non eſt humeſacere, neq; exiccare illud, ſed humidum ſicco immiſcere utrunq;, quod uerè agit, & quod exic candi præditum eſt ui, non immiſtum exiccet tantùm Peripateticis oportet, paſſumq; & ipſum, et humidius factum, ſed ſeparatum etiã, & nihil, præpotens ubi exiſtit, paſſum, immutatum nihil, humidita tem è materia deturbans, & ſiccitatem ex eiuſdem educens potẽtia, remaneat, itaq; utrunq;, & agens nihil immutatum, ex humido al terum, tenuiq;, & fluxili, ſiccum factum, craſſumq; & concretum, quod aqua quidem pati uidetur, at nequaquàm à ſiccitate concreta, gelataq; ulla, ſed ab exuperante frigore. Et quod itidem humefa ciendi uim obtinet, non immiſtum tantùm, & ſiccius factum, & ipſum, ſed ſeparatum nihilq;, interdum paſſum, humefaciat oportet, id nimirum in quod agit è craſſo, concretoq;, & duro, tenue reddat, fluxileq;, & molle. Hoc humiditas nulla, & multò quæ ſumma Ari ſtoteli uidetur minus, at ſolus præſtare uidetur calor, non igitur longè humidiſſimus aer, nihil à Sole calefactus, uel glaciem liquefa ciat, uel ipſã etiam niuem, quem, ſi actiua ſit humiditas, uel ſolidiſſi ma quæq; ſoluere oportebat, aqua certè multò omnia ualentius, aqua longè Ariſtoteli etiam uiſum humidiorem, at is à Sole non calefactus ſoluere, atq; humefacere uidetur nihil. Aqua tantùm, eaq; infuſa, 2. de gen. T. 23.
immiſtaq;, pauca quædam, quæ nimirum aquea exiſtentia, tenuio ribus eductis partibus, craſſiora effecta fuere, & concreuere, nec ta men ualenter, modica igitur tenuitate, quæ effluxerat reſtituta, li queſcunt rurſus, & in aquam ſoluuntur, à qua id aberant tantùm, huiuſmodi nitrum uidetur, & ſal, et ſi quæ alia talia exiſtant, aliud à calore, uel Sole concretum, nec aqua liquefacit, nec aer, quouis etiã affecti frigore, neq; aliud ullum, at iuxta Ariſtotelis canonem opor 4. meteor. Cap. 7.
tebat omnia, non quòd illorum ſubire haud queant poros, nam multa uidere eſt, longè illa rariſſima, et patentibus prædita poris, quos non aer modò, ſed quiuis ſubeat humor, ab humiditate liqueſieri nul

la,

la, tum neq́; in ualde inferiora permeet, agentis actio oportet, ſed extrema contingat ſatis eſt, quibus uictis, uerſisq́; in interiora agat, & inuertat etiam illa quod agendi eſt præditum ui, non igitur non humefacit, attenuatq́; humor, quæ à calore craſſa ſunt facta, & con creuere, quòd non ſubeat illa, ſed quod ignauiſſima ipſa, & pati eſt apta tantùm, agere nihil, nihil itaq́; agit unq̃;, at calori tantùm commiſta, & frigori, & illis commiſta illorum ædit actiones, non igitur ſoluit tantùm, atq́; humefacit, emollitq́;, ſed compingit etiam, duratq́;, & exiccat, quod in melle uidere eſt in frigidam coniecto, & concreto, ſpiſſatoq; ab illa, humiditas certè nulla quantumuis infuſa, & immorata quantumuis, rem nullam in uapores, aut in aqua tenuius, humidiusq́; inuertat quid, nulla igitur humiditas humiditatem generet ſummam, quouis agens modo, at ſolus illam faciat calor, in tenuiſſimos uapores, ut dictum eſt, inuertens tandem omnia, longè quidem ægerrimè, quæ propria craſſa natura, inexiſtente tenuitate, & quæ ingenerari potuit, emuncta omni, craſſiora ipſe idem fecit calor, non quòd, ut Ariſtoteli *placet, concreuere ab ipſo, quæ igitur à frigore diſſoluenda forent, eoq́; humido, quale, ut dictum eſt, ſoluere uidetur nihil, ſed quòd ſumma obluctantur craſſitie, at ſoluuntur tandem omnia, & lateres igitur fornacibus ſuperpoſitos ſoluit tandem, uertitq́; ualens, diuturnusq́; calor, & cineres itidem, lapidesq; liquefacit, & in uapores etiam attenuat, nec calore ſtrenuè minus, compingit, duratq́;, & craſſa omnia facit frigus, at ſiccitas nulla ſiccitatem nullam facit unq̃;, non illam inbibens; inhauriensq́;, & illi commiſta, & paſſa ab illa, quod, ut dictum eſt, exiccare, & agere haud eſt, quod nimirum, ut ipſis etiam placet* Peripateticis, *non per iuxtapoſitionem, at per alterationem fiat oportet.* Caliditas *igitur, frigiditasq́; ſolæ humiditatem facere uidentur, & ſiccitatem, & tenuitatẽ, craſſitiemq́;, & mollitiem, duritiemq́;, & reliquas illarum affectiones, neq; eſt, quòd manifeſtetur id amplius, ſenſui patens apertiſſimè,*

4. meteor. nie, & ab Ariſtotele ipſo toto eo in libro copioſiſſimè, apertiſſimeq; declaratum, cuius igitur ſucceſſores humiditatem, ſiccitatemq; paſſiuas appellant qualitates, actiuas caliditatem, frigiditatemq;, Ariſtoteli non hoc tantùm, ſed ſola interdum caliditas agendi ui prædita uidetur, paſſiua frigiditas, non propria omnino agens ratione, ſed

4. meteor. Cap. 5. corrumpens, aut ex accidente agens, actiuum uniens, congregansq; calidum, aut quoquo adiuuans pacto, quæ aquæ ineſt, & terræ, è quorum ſiccitate, & humiditate, ut è materia, & paſſiuo principio conſtituantur corpora, mirari igitur licet paſſivas omnino humiditatem, ſiccitatemq;, ubiq; Ariſtoteli uiſas, & materiæ omnino uicem præbere in miſtorum compoſitione, & conſtitui etiam à caliditate, & frigiditate, & primas, & agentes in ſimplicium conſtitutione uideri, quaſi debilitentur hæc conſtituentes, & agendi ui exuãtur, uel torpeant, quòd paucioribus in miſtorum compoſitione ſit opus agentibus. Et eò etiam mirari licet magis, quòd non tantùm, ubi ſiccis im miſcentur humida terminari, & conſtitui à caliditate, & frigiditate Ariſtoteli uidentur, ſed ubi etiam ipſa per ſe ſunt, Humida, inquit, ut uiſum eſt, & ſicca, tum ipſa per ſe, tum quæ communiter ex

4. meteor. Cap. 1. utriſq; cõcreta ſunt corpora, terminari, et alijs quæ dictæ ſunt qualitatibus affici, non igitur in miſtis tantùm materiæ, & paſſiui principij præbere uicem, ſed in ſimplicibus etiam Ariſtoteli uidentur, prima igitur conſtituens corpora ueluti ſui ipſius oblitus uideri poteſt, ut primis, & agentibus utens illis, nihilo, quàm caliditate, & frigiditate minus.

Cap. 10. At nõ hoc tantùm mirari ipſum licet, ſed illud fortè amplius, quòd caliditati ſiccitatem quoq; unit, & humiditatem frigiditati, quæ ſimul eſſe nullo poſſe uidentur pacto, quæcunq; enim ſummus penitus occupat calor, tenuia illa facit omnia, non liquefacit tantùm, emollitq;,

2. de gen. T 10. quæ omnia humiditatis eſſe ipſi imprimis uidentur Ariſtoteli, Tenuitas, ipſe inquit, mollitiesq;, & uiſcoſitas principia non ſunt, nam

ſub

ſub humiditatem reducuntur, & humiditatis propriæ ſunt ſpeties, humiditas nimirum illarum quælibet, at non pura, ſinceráq;, ſed ſiccitati commiſta, & paſſa quid à ſiccitate, Durat contra, *& compingit quæcunq; occupat frigus, & craſſa, ſiccáq; facit, quæ omnia ſiccitatis propria* Ariſtoteli *uidentur, & ueluti ſiccitatis ſpeties.* Durum *eſt, inquit,* Ariſtoteles, *quod concretum, gelatumq; eſt, quod autem concretum, ſiccum eſt, propria igitur caloris, & caloris opus humiditas, quæ ubicunq; calor adeſt, agens, uertensq;, uel integra adeſt ipſa, puraq;, uel imminuta ſaltẽ.* Frigiditatis *opus ſiccitas, & propria frigiditatis, quæ ubicunq; magnum ~~eſt~~ adeſt frigus, adeſt, & ipſa, & humidiſſimis etiam inditur rebus.* Et *humidiſſima igitur aqua, & aqua humidiores uapores, & ipſe interdum uaporibus tenuior aer craſſeſcit, denſaturq;, & compingitur à frigore, ferrum contra, & ſolidiſſima quæq; & liquefiunt, & in tenuiſſimos etiam uapores à calore ſummo ſoluuntur tandem, à non ſummo, & non diuturno emolliuntur ſaltem, hnmidiora omnino fiunt,* Q*uod ſi durare, atq; exiccare, & craſſitiem dare uidetur calor, hæc etiam, ut itidem dictum eſt, attenuans, atq; humefaciens facere uideatur, quod uidelicet in longè craſſiſſimam rem agens, haud ualens ipſe, non igitur penitus uniuerſam ſuperans, inuertensq;, quæ illius attenuari potuere, attenuat omnia, & educit inſuper, quod igitur reliquum fit, tenuitate omni educta, longè fit craſſius, duriusq;, fictilia itaq; in ignem iniecta exudant, primùm, & molleſcunt omnia, & torquentur interdum, humore confeſtim, uiolenterq; exeunte, & non patentem, rectumq; nacto egreſſum, non quòd calor ullus exiſtat ſiccus, qui nimirum talis exiſtens perpetuò exiccet, atq; omnia, at is ca tantùm, quæ non penitus uincit, nec uertit penitus, ſeu non ualens ipſe, ſeu ſumma illa repugnantia, obluctantiaq; craſſitie, at quæ ualẽs, diuturnusq; inuertat tandem, attenuetq; omnia, nec calore ſtrenuè minus compingat, duretq; frigus omnia, quæ ſenſui manifeſtiſſima,*

ibidem T. 13.

2 de gen. T. 8. ſtiſſima, uel Peripateticorũ nulli amplius explicanda uideri poſſunt, at Ariſtotelis etiam teſtimonio declarentur illis tamen. Alienorũ, inquit Ariſtoteles, disgregatiuus eſt calor, ſimilium congregatiuus, at hæc non alia agere queat ratione, quàm ſoluens, diffundensq;, & liqueſaciens, humiditatem nimirum à frigore concretam, gelatamq; quaſi nodo exoluens, aditum igitur ſingulis, facultatemq; ad ſimile, ut ferantur, præbens, quin ſi uerum fateri uolumus, nihil operatur aliud calor, at liquefacit, attenuatq; tantùm, quoniam autem, quæ eiuſdem ſunt naturæ, aut ſimilia omnino, modo eodem, eademq; attenuantur, aut liquefiunt celeritate, in unum itaq; confluunt, & ab alijs ſecernuntur, quæ uel attenuari, & liqueſcere nequeunt omnino, uel ut attenuentur diuturniore opus habent concoctione, non igitur omnia à calore ſecernuntur, non ſiquidem pix à cera, ſed illi commiſcetur magis, neq; hoc nobis magis, quàm Peripateticorum placet optimis, calor itaq; diſgregare tantùm atq; attenuare, humefacere omnino uidetur. Frigiditas contra omnium eſt, Ariſtoteles inquit, congregatiua, termino igitur à ſe ipſis diuiſa, ſeparataq; claudens, et termino continens, compingensq;, ſiccitatem dat rebus quibuſcunq;.
4. meteor 4 Cap. 5. & 6. Tum quæcunq; ueré exiccantur, è quibus uidelicet ueré extrahitur humiditas, à ſolo exiccari calore, à quo ſolo educi, & qui cum ſolo elabi humiditas Ariſtoteli uidetur, quæ igitur à frigore exiccari uidentur, propterea ab ipſo exiccari aſſerenti, quod calorem extrudat, qui cum elabitur humiditas. Quæcunq;, inquit, exiccantur uel calefacta exiccantur, uel frigefacta, at ſiue hoc, ſiue illo, exiccentur modo, à calore exiccantur omnino omnia, uel ab externo humiditatem eliciente, uel ab interno à frigore eiecto, extruſoq; humiditatem ſecum educente, propterea igitur à calore exiccari Ariſtoteli uidentur omnia, quòd egrediens calor, ſiue à ſimili cognatoq; eductus, ſiue à frigore eiectus cum humore elabitur, egrediturq;, cum proprio uidelicet ſubiecto, neq; enim humidum, quod non hic modò, at paſſim a ca

lore

lore attrahi affirmat Ariſtoteles, alia attrahit ratione externus calor, quàm quòd calorem attrahit, qui humori inſidet, & quo cum elabitur humor. Quibus igitur humiditas multa, calor ineſt exiguus, cuiuſmodi aqua exiſtit, & aquea quæ ſunt, nõ penitus Ariſtoteli exiccantur, ſed concreſcunt tantùm, quod non abſolutum, ſed quoddam exiccari eſt: quòd nimirum non uniuerſam humiditatem educere poteſt elabens calor, at caloris propria humiditas, & ſine calore eſſe impotens, calore ſpoliata, non remanet amplius humiditas, nec cedens, nec fluens amplius, at cedit, & fluit, & iterum fit humiditas calore rurſus indito, Quæ aquæ, inquit, ſunt, unius caloris exitu concreſcunt, ſoluuntur itaq; unius caloris ingreſſu, & non aquea tãtùm, ſed quæ ex àqua, & terra itidem ſunt, quæ ad terram, inquit, & ad aquam, ſed plus ad terram attinent, ſi ex eo quòd calor exierit concreta ſunt, calore, ubi rurſus aduenerit, liquantur, ueluti lutũ cum gelu aſtrictum ſit. Nusquam igitur ubi calor non adeſt, eſſe poſſe humiditas uidetur Ariſtoteli, & ibi nulla eſſe penitus, ubi nullus adeſt calor, ubi itaq;, ut uera generetur, magno opus ſit calore, at à quocunq; ferè quædã fiat tamen; Quæ refrigeratione, inquit, concreuere, & caloris uniuerſi expiratione ea non ſoluuntur, niſi caloris exuperantia, ſed molliuntur, ut ferrum, & cornu, ubicunq; uidelicet calor adeſt agens, uertensq;, humiditas ibi fit, at ibi ægrius, ubi calore penitus elapſo, interemptoq; nulla penitus remanſit humiditas, & eò abſoluta fit magis, quò magis uincit calor, caloris igitur propria, & caloris opus humiditas, quæ à calore conſtituitur, & perpetuò ad calorem fertur, & egreditur cum calore, & quæ calore ſpoliata non remanet amplius humiditas. Frigiditatis opus ſiccitas, & propria frigiditatis, quæ humidiſſimis etiam rebus à præpotente inditur frigore, humidiſſima igitur, maximæq; diffluens aqua, & tenuiſſimi, & humidiſſimi igitur uapores, & ipſe interdum longè humidiſſimus aer cõpigitur craſſeſcitq;, & ſiccus fit à fri

4. meteor. Cap. 8.

4. meteor. Cap. 6.

2. de gen. animal. C. 3.

Cap. 6.

gore, at non quæ magno prædita ſunt calore unq̄, ueluti album illud Ariſtotelis uinum, & oculis incluſus humor; Nullo igitur pacto & humiditas, & ſiccitas itidem primorum, & ipſæ corporum agentes uideri debuere cauſæ, quæ & agerè uidentur nihil, & à caliditate manare, & frigiditate, ueluti & qualitates reliquæ omnes, & ab altera inſuper altèra, quarum igitur neutra utriq; coire queat, et unum illi fieri, quod maximè oportet unum conſtituturas.

Cap. 11. At *non id modò quatuor Ariſtotelem ſupponentem prima corpora excipit incommodum, quòd uidelicet duplici ad ea conſtituenda opus habeat oppoſitione, ſed aliud itidem, & nihilò fortaſſe minus, quòd nimirum duplici ſingula det forma oportet, neq́; enim ſi ab altero tã tum oppoſitionis alterius contrario conſtituta ſint ſingula, in omnia inuerti queant, immutariq́; omnia, at in contraria tantùm ſingula, non ſcilicet in terram, aut in aerem ſiccitatis, humiditatiſq́; opera, aqua unq̄, aut ignis à caliditate conſtituti, ac frigiditate, at in ſe ipſos inuertantur tantùm, & neq́; illi in hos unq̄, ſed in ſe ipſos tantùm & illi, neq́; enim in ullum agat quicquam, at in contrarium modò, nec plura uni contraria. Quoniam igitur in omnia immutari uidentur omnia, quatuor ſupponenti prima corpora, & à duplici omnia oppoſitione, & ab altero utriuſq; oppoſitionis contrario conſtituenda fuere ſingula, duplici igitur danda forma ut ſingula, quibus non utroq́;, altero ſaltem oppoſita principio, in reliqua immutari queant omnia. Rectè quidem modum uenatus Ariſtoteles, quo à duplici conſtituta corpora oppoſitione, in ſe mutuò inuertantur omnia. At neq́; ſuorum ullus, neq́; ipſe ſibi concedat Ariſtoteles, reor, ut ens ullum à duplici conſtitutum ſit forma, & forma igitur, naturáq́; præditum duplici, quod nimirum, & unum uideri queat, & nòn unum, à forma enim èſſe habentibus rebus, duplicem habens formam, duplex itidem habeat et eſſe. At & perpetuò diſſidere ſibi ipſis oportent entia, duplici prædita forma, utráq́; materia ut propria re uti uolente,*

lente, nam ſi coeant, & unum fiant, ſuperflua, ipſe inquit Ariſto-teles, otioſáq; appareat oppoſitio altera, cuius contraria alterius co-eant, & unum fiant contrarijs. Quod itaq; longè abſurdiſſimum ipſis etiam uiſiam Peripateticis, anxie inquirunt, quo ſeruari queat pacto. Num, inquiunt, non qualitas utraq; in ſingulis formæ uicē ſubit, ſed materiæ altera, humiditas uidelicet, ſiccitasq;, quod & hic, ut dictum eſt, innuere, & alibi apertiſſimè affirmare uidetur Ariſtoteles, utranq; autem utriq; ſubijci agenti qualitati, neq; enim eadem intenſæ conueniat caliditati, ſummæq;, & remiſſæ itidem, imminutæq;, & neq; itidem frigiditati, diuerſis præditæ uiribus, Sic citas itaq;, inquiunt, utriusq; eſt ſubiectum ſummæ, intenſæq;, qualis humiditatem utraq; deſtruat, corrumpatq;, utriuſq; itidem, at re-miſſæ humiditas ſubiectum eſt, imminutæq;, At præterquàm quòd, ut dictum eſt, nihil in ſimplicium conſtitutione humiditas, ſiccitaſq; agentes Ariſtoteli, caliditate, & frigiditate uidentur minus, longè abſurdius, penitus contrarijs formis ſubiectum idem aſſignare, idq; proximum, & eidem diuerſis quidem præditæ uiribus, at eidem om nino, longè contrarium, & contrario effectum, diſpoſitumq; pacto, quàm idem eidem non ijſdem præditæ uiribus, ſummam frigiditatē nequaquàm terræ attribuere uidetur Ariſtoteles, ſed aquæ magis, Tum ſingulis ſumma, ut dictum eſt, oportet inſit qualitas utraq;, for tè, inquiunt, propterea duæ ſingulis corporibus aſſignatæ ſunt quali tates, quia enim è qualitatibus duæ agere uidentur, pati duæ, & ſin gula prima corpora pati, & agere, ſingulis actiuarum altera, qua agere, & paſſiuarum item altera, qua pati queant aſſignari opor-tuit, abſurdum & hoc, neq; enim, ut dictum itidem eſt, uel actiua, uel paſſiua tantùm qualitas ulla in ſimplicibus Ariſtoteli uidetur, ſed æquè agere omnes, & omnes æquè pati, Ignis igitur in aerem immutatur, ſiccitate interrempta, immutataq;, non quidem à calidi-tate, quæ uni contraria frigiditati, in ſiccitatem omnino nihil agat

unq;, Ariſtoteli præſertim, cui æquè libens ſiccitati coit caliditas, atq; humiditati. Neq; ijs igitur acquieſcentes Peripateticorum optimi, & neq; duabus formis, & naturis duabus, rem unam dari ſuſtinentes, Altera, inquiunt, qualitas uerè formæ uicem præbet, quoniam autem non materiæ cuiuis, & quouis affectæ, diſpoſitæq; modò forma inſit, ſed parata ſit oportet, aptaq; facta materia ad huiuſmodi ſuccipiendam formam, hoc itaq; altera præſtat qualitas, materiam nimirum diſponit, aptamq; reddit, quæ igitur prius inſit oportet, & materiæ omnino, ac diſpoſitionis præbeat uicem, hoc autem nō ſiccitas magis præſtet, humiditasq;, quàm caliditas, frigiditasq;. Prima quidem incommoda uitantes, fortè & Ariſtoteli ſententiæ hærentes magis, qui hoc ueritus, reor, haud æquè a qualitate utraq; ſingula aſſerit detineri prima corpora, ſed unum quodq; unius eſſe, Terra, inquit, ſicci potius eſt, quàm frigidi, aqua uerò frigidi magis, quàm humidi, aer humidi magis, quàm calidi, Ignis calidi magis, quam ſicci, non quidem, non utramq; ſummam ineſſe ſingulis, ſed alteram fortè innuens, quaſi materiæ, & diſpoſitionis ſubire uicem, formæ alteram, quæ igitur dominetur magis, & magis etiam operetur, Incommoda illa quidem, ut dictum eſt, euitant, at alia ſubire uidentur haud fortè minora, primùm enim ſi materiæ uicem præbeat altera, nequaquàm in omnia inuerti queant omnia, at in oppoſita tantum ſingula, neq; igitur aer ab igne, aut ab aqua inuerti queat terra, quid enim alterius materia in alterius agat formam? qui præterea caliditas, frigiditasq;, ſi non ſolæ ubiq; maximè certè actiuæ Ariſtoteli uiſæ, diſpoſitionis, ac materiæ uicem humiditati præbeant, ac ſiccitati? ſi non perpetuò paſſiuis uiſis, at paſſiuis omnino, & longè ignauiſſimis, & perpetuò ſtertentibus, nihil certè agentibus unq;, quæ ſi formæ exiſtant, agentesq;, non ſe ipſas modò conſtituant oportet, ſed caliditatem inſuper, & frigiditatem, proprias nimirum materias, & propria ſubiecta, neq; enim uel in non propria ſede forma

2. de gen. T. 23.

ulla collocetur unquàm, uel ab alio paretur illa, & aconcinnetur, quàm à forma eadem, quæ ſe in illa generat, cõſtituitq;, non ſiquidẽ ignauæ formæ, inerteſq;, quæ alterius ope indigeant, aut opera, quod ipſis domicilium paret, ſedeſq;, ſed longè ipſæ grauiſſimæ, maximæq; actiuæ, ſibi ipſis materiam concinnant, & propria aptam faciunt naturæ, nullius miniſterio utentes, aut indigentes omnino, Ca*lor itaq; humiditatem facit, tenuitatemq;, & ſiccitatem frigiditas, craſſitiemq;, quòd humiditas, tenuitaſq; propria eſt caloris ſedes, frigiditatis ſiccitas, craſſitieſq;, & humiditas igitur, ſi calor ipſius ſubiectum fiat unq̃, calorem ipſa generet oportet, & frigiditatem ſiccitas, ſi ſiccitatis fiat ſubiectum frigiditas, & multò etiam* Peripa*teticis, quàm nobis ponendum id magis, quibus materia apta, facta, diſpoſitaq; forma elucet è materiæ emergens ſinu, quæ igitur ab eo generari uidetur, à quo materia diſponi, parariq;, non itaq; à ſimili generetur, ſi non à forma ipſa materia paretur, ignauiſſimæ igitur inertiſſimæq; humiditas uiſæ, & ſiccitas, & non calorem modò, friguſq;, ſed neq; ſe ipſas generare aptæ uiſæ unq̃, nequaquàm formæ uideri queant, agenteſq;, & quibus caliditas, frigiditaſq; materiæ fiant, aut materiam diſponant, nec pacto igitur* Peripatetici *effugiant ullo, quin à duplici natura, dupliciq; forma prima* Ariſtoteli *conſtituta ſint corpora, quo neq; abſurdius quicquam, neq; poſſibile minus, at neceſſariò, ut dictum eſt,* Ariſtoteli *factum, quatuor ſupponenti prima corpora, & à duplici igitur conſtituta oppoſitione, et in omnia inuerti uidenti, & uolenti omnia.*

Agè uerò, num quæ Ariſtoteli *prima uidentur, uerè prima uideri queant omnia, & aer igitur, & aqua, & num talia exiſtant, qualia* Ariſtoteli *ponuntur, & illud inſuper, primùmq; num eo locata ſint ordine, quo locari debere entia, ipſi itidem uidetur* Ariſtoteli, *continentia nimirum contentis ſimilia, cognataq;, proxima igitur quæ ſunt, mutuo ſe ſe foueant, ſeruentq; contactu, & libentia itaq;, uolẽtiaq; coeant,* Cap. 12. 4. de cælo T. 24.

coeant, iunguntur q; non ſeſe mutuò exhorreant, auerſentur q;, et aufugiant mutuò, interitum ſibi ipſis molientia, & perhorreſcentia igitur à ſe ipſis interitum, qualia & altera tantùm diſſidentia quali-tate, proxima appareant Ariſtotelis corpora, quæ igitur contigua ſibi ipſis à natura locata nephas ſit putare, id ante omnia prouiden te, ut quàm diutiſſimè ſeruentur omnia, longiſſimè igitur contraria à ſe ipſis faciente. Nec uerò ſimilia dicant proxima corpora, quòd al teram communem habeant qualitatem, nihil enim ferè contraria ap parent minus, quàm quæ utraq; diſſident, quando altera tantùm diſ ſidentia interitum ſibi ipſis, atq; internitionem mutuò moliuntur.

At neq; illud neceſſariò uidelicet huiuſmodi naturæ ſubeundum fuiſ ſe incommodum è duplici oppoſitione conſtituenti illa, neceſſariò igitur altera diſſidentia qualitate, proxima collocanda, & non in extremo à terra loco aerem, terræ maximè oppoſitum, contrariũq; ne aquæ ignis proximus fieret, contiguusq;, à qua disſidere uidetur maximè, non ſiquidem in alio quouis naturæ opere, ea ipſius ſpecta tur inertia, ut malum ullum, ullum ue ſuſtinendum ſit incommodũ, quæ mala quælibet, & quælibet incommoda, in ſumma ſemper uer tit bona, commodaq;, ut uel hinc tantùm patere queat, non à duplici oppoſitione, & ab altero oppoſitionis utriusq; contrario ſingula, & quatuor igitur prima conſtitui poſſe corpora, quoniam ratione nul-la talia exiſtentia conuenire inter ſe queant, congruereq;, quin malũ à ſe ipſis mutuò patiantur, & quæ maximè exiſtunt contraria, non contraria, extremaq; ſortiri queant loca.

Cap. 13. *At neq; ſeorſum ſingula intuenti talia uideri poſſunt, qualia Peripateti-cis apparent. Primùm enim quod in proprio aquæ exiſtens loco ma-re, aquæ uniuerſitas uideri queat, nulla præſertim alia apparente, uel magna unitaq;, uel ſtabili aquarum mole, calidum, ſiccumq; ipſi imprimis Ariſtoteli uidetur, & uideatur neceſſe eſt, ſalſum exiſtens, craſſumq;, nec uerò propria illud frigidum, & dulce, humidumq;, et*

2. meteor. Cap. 3. & 3. de gen.

tenue

tenue aſſerat natura, at tenuium, dulciumq́; abſceſſu partium, & calidæ, ſiccæq́; exhalationis commixtione, à delabentibus delatæ pluuijs, in contrariam abyſſe naturam, ſiquidem, ut amplius in proprio declaratum eſt commentario, & ipſi itidem uidetur Ariſtoteli, *aqua nulla à nullo craſſeſcere nec ſalſa fieri uidetur calore, quæ nimirum parum quid à uaporum natura remota, modica data tenuitate in uapores ſoluitur, & in aerem uniuerſa, nulla exiſtente craſſitie, quæ uel ab exili calore attenuari haud queat, aſſiduè itaq; uniuerſa attenuata magis, magis ad aeris uaporumq́; accedit naturam, in quos ſoluitur, non dum eo data calore, à quo ſalſa fieri queat, eo itaq; aquæ uniuerſitas à calore craſſeſcat minus, quæ longè aqua omni uideri debet ſimplicior, humidiorq́;, & tenuior.* Q*uæ præterea tenuitas è mari à Sole extrahitur, in aquas coacta mari rurſus reſtituitur, nec ipſa tantùm, ſed quæ etiam, è terra educta eſt, & in aquas coacta magna ex parte à fluminibus tandem in mare delatas.* Non *igitur à Sole tenues partes educente craſſeſcere poteſt mare, at multò ab exhalatione minus, aqua omni longè tenuiore, longèq́; leuiore, à qua nec calidum fieri, & ſalſeſcere queat mare, neq́; enim ex ſe delabatur exhalatio, ſuperiora proprio petens ingenio, at pluuijs commixta à pluuijs deferatur, quæ omnes uel auſtrinæ ipſæ, atq́; autummales, quibus plurima huiuſmodi* Ariſtoteli *admiſta uidetur exhalatio, dulces apparent, nè dùm ea ſalſedine, eaq́; præditæ amaritie, quæ tantam aquarum inuertere queat molem.* A *nullo itaq; immutatum calore mare, & nulla ſpoliatum tenuitate, & humidiſſimum uideri debeat, & dulciſſimum, uel longè potius accerbiſſimum;* Hic enim, *& auſterus ſapor à frigore oriri uidetur, ut* Galenus, *& ipſe amplius docet ſenſus, & ſuo apertiſſimè demonſtratū eſt loco, non dulcis, nec ipſe etiam aqueus, qui & ipſe à non ualente quidem, at à calore fit omnino, aquea igitur modico adiecto calore, dulceſcunt omnia, & ſaliua in longa inedia, magis uidelicet*

concocta

animal. Cap. II.

concocta ſalſeſcit, mox & amareſcit, qai à maiore, quàm dulcis fiunt calore ſapores. At & quale exiſtit, tale ſemper, & ueluti à
2. meteor. Cap. 3. *principio extitiſſe mare uidetur Ariſtoteli, ſi ſiquidem potabile, inquit, prius, at dulcium abſceſſu partium à Sole eductarum ſalſum eſt effectum mare, cur reſtitutis illis in aquam coactis dulcem, tenueq́;, non iterum dulceſcit, & tenue fit? æterno igitur tempore, & ueluti à principio craſſum intuens Ariſtoteles mare, ſalſumq́;, & calidum, quod itaq; tale à natura conſtitutum uideri queat, at humidum, tenueq́;, & dulce oportere eſſe contendens, id enim facit, ſummam aquæ tribuens frigiditatem, & humiditatem ſummam, & mare in proprio ponens aquæ loco, & aquæ faciens uniuerſitatem, naturæ præſcribere Ariſtoteles, & leges imponere, & ueluti errantem illã corrigere uideri poteſt, illud certè reformidaſſe Ariſtotelem oportuit, ne altero è frigidis primis corporibus in cõtrariam acto naturã,*
1. meteor. Cap. 4. *quocunq́; id ſit factum pacto, mundi conſtructio, & ipſe diſſolueretur mundus, qui nimirum propterea ſeruari Ariſtoteli uidetur, quòd nullum e principijs prima corpora conſtituentium, reliqua excedat, exuperetq́;, quòd ſi fiat, in ſuperãtis, uincentisq; naturam inuertantur Ariſtoteli omnia. Aquæ igitur uniuerſitate, cui uel ſumma aſſignata fuerat frigiditas, calida conſpecta, ne longè exuperans calor omnia occuparet, reformidandum erat Ariſtoteli.*

Cap. 14. *At non marina tantùm, ſed aquæ omnino nulli ſumma ineſſe apparet frigiditas, quæ nimirum nullibi, in nulla apparet ipſius generatione, conſtitutioneq́;, è uaporibus genitæ à Sole eductis, & ſuperiora petentibus, ubi ad ſuperiora patet aditus, calidis igitur, uel Ariſtotelis teſtimonio, & à ſola in aquas uerſis conſpiſſatione, à nullo interdũ adiuta frigore, Nam ſolam ad uapores in aquam cogendos ſatis eſſe illam, nullius ope indigentem frigoris, aquarum reor omnium maniſeſtare poteſt generatio, ubicunq; igitur, quacunq́; coeant occaſione, & in ualde etiam calidis rebus, in aquas craſſeſcunt uapores quili-*

bet, at tenues dum ſunt nusq̃, neq; à præpotente etiam frigore. Nusq̃ igitur tenuiſſimi, qui apparent uenti, quantumuis ſæuientibus frigoribus in aquas coguntur tamen, niſi loci fortè anguſtia preſſi, in ſeſe itaq; ſpiſſati, denſatiq;, craſſiores omnino facti, quod ad Arabiæ delatos, impactosq; montes, ſub ardentiſſimo etiam, maximeq; ſere no pati aſſerunt cælo, in repentinas igitur, longeq; craſſiſſimas neceſſariò coguntur pluuias, plurimis in unũ coactis, ubicunq; certè ab oppoſitis montibus coercentur uenti, & ueluti retinentur, ualde etiam tenues, & qui in aperto nequaquàm craſſeſcere uidentur loco, plures effecti, in anguſtius itaq; coacti, ſpiſſatiq; inter ſe, è tenuibus craſſi fiunt, pluuius igitur ubi aer, caliginoſusq;, & ſub quo madefias pleruñq;, neq; alia ratiõe è floribus, herbisq; odoratæ eliciũtur aquæ, è concoctis uidelicet, deuſtisq; elapſi uapores, & in anguſtum ſublati, & in ſe ipſos igitur collecti, coactiq;, aquæ fiunt, ueluti & reliqui ferè omnes, è quacunq; eductis re à ualentiſſimo etiam calore, et in rem etiam ſublati, incluſiq; calidam, balneorum itaq; laquearia aqua madere uideas ſemper, & uaſa quæcunq; fumum emittentibus ſuperpoſita rebus, & qui è naribus diffluit humor, qui quid ab aqua interdum diſſideat, uidere haud queas, è uaporibus componi uidetur è uentriculo ad cerebrum ſublatis, & in cerebri cauitatibus coactis, compactiſq;, ſola igitur conſpiſſatio à nullo etiam adiuta frigore, uapores in aquam cogere, ſatis eſſe uidetur, non ſiquidem in harum cõſtitutione aquarum, frigus apparet ullum, nedum ſummum, quod in nullius omnino, non ſiquidem ros modò nequaquam in ualde ſublimi fit loco, ſed pluuiæ multæ, æſtiuæ præſertim, è uaporibus genitæ craſſioribus, quæ præcipuè in eadem cum grandine fiunt nube, quæ propterea craſſiores uidentur Ariſtoteli, quòd in ambiente fiunt calido, à quo introacto nubis frigore, collecto itaq;, unitoq;, & ualentiſſimo facto propriam materiam in aquam uerti grandiorem, repentinas itaq; æſtiuas pluuias καὶ λαβροτέρας, *nullũ porrò natiuum pro* 1. meteor. Cap. 12.

N

priumq; nubi ineſſe uidetur frigus, è uaporibus conſtitutæ calidis, ut dictum eſt, uel Ariſtotelis teſtimonio, ad ſuperiora itaq; elatis, At nullæ omnino fieri pluuiæ à ſummo uidentur frigore, quod in aere in calido nimirum iuxta Peripateticos elemento reperiri non debet, & ubi magnum adeſt, in niues gelantur uapores, & in glaciem aqua, uel marina ipſa longè etiam calidior. Et neq; quæ è terra exoriuntur, uel è uaporibus à Sole eductis conſtitutæ, ut Ariſtoteli placet, à ſummo oriri uidentur frigore, in ijſdem in aquas coactis, uerſisquè terræ partibus, è quibus educti fuere, uel in ſuperioribus etiam locis, nequè enim deſcendant uapores unquàm, at ſuperiora uſquèquaquè petant, in illis igitur terræ locis, in aquas compacti, quæ peruadere, et califacere queat Sol, nequaquàm à ſummo compingi uidētur frigore, quod ibi eſſe haud quaquàm poteſt. Nulla igitur aquarum conſtitutio, generatioq; magnū ineſſe aquæ frigus indicare uidetur. At nequè operatio, uel actio ulla, quæ nimirum motu gaudere & ipſa uidetur, & motu conſeruari, torpens itaque, atquè immobilis facta corrumpitur uniuerſa, & copioſiſſime exhauſta, nullum infert animalibus malum, quibus uel præſentem paulò liberalius ſumpti, nec ualde frigidi ſucci necem. Reprimit modò interdum immoderatum in illorum corporibus calorem, neq; proprio id frigore, non igitur niſi gelida facta, at neque huiuſmodi magna appareat prædita frigiditate, neque enim caloris exceſſum reprimat, ſed penitus illum extinguat, quod multi, nec ſummè frigidi faciunt ſucci, ueluti igitur tepida in feruentem immiſſa, refrigerat illum, & pro ardente moderatum facit. Et nequè ignem extinguens copioſa in ipſum iniecta ualde uideatur frigida, quando nihil id feruens ipſa facit minus, & ſummo data calore, & marina, quæ calida Ariſtoteli uiſa, & ſicca amplius, magis fortè, ſucci certè quilibet, longè etiam calidiſſimi, & qui perbellè nutrire ignem uidentur, copioſi in illum non ualentem iniecti, extingunt illum omnes, quòd nimirum liquidi etiam exiſtentes,

tenueſque omnes, poros illinunt, è quibus tenuitas elabitur, flammas nutriens, & materiam uniuerſam, cui adhæret calor, quoquo compingunt pacto, & craſſiorem reddunt, quàm cui ſummus hærere queat calor, qui non niſi tenuitati inſit, haud ualdè à ſumma remotæ, & aqua igitur non propterea extinguit ignem copioſa iniecta, quòd ſummè frigida, ſed quòd & poros illinit, & materiam cui hærebat compingit, & craſſiorē reddit, ubi igitur materia adeſt, quæ non ad eò ab infuſa compingi queat aqua, quale bitumen uidetur, nequaquā in illa accenſæ flammæ extingui uidentur, ſed nutriri magis, & neque incendia ſumma ab infuſis aquis ullis, ſed à ſuperpoſita ſola opprimuntur terra, neq; igitur aquæ operatio, uel actio ulla magnum ei ineſſe declarat frigus. At neque ulla paſſio, quæ nimirum feruens facta, & ſummo data calore, aqua eſſe haud ceſſat tamen, fortè & aqua magis fit, tenuior facta, atquè humidior, non quidem ſi frigiditas, eaquè ſumma ipſius ſit forma, & ſubſtantia, ut Peripateticis placet, nullo enim corrumpatur temporis momento, à re occupata, detentaquè ſummè propriæ oppoſita, contrariaquè naturæ, nihilò quàm ignis minus, ſi quoduis ipſum occupet frigus, neque enim penitus contrariæ, ſummèquè agentes formæ, in eodem unquàm ſint pacto ullo ſubiecto, quæ nimirum contrarijs, ſummiſq; præditæ uiribus, ſi non altera ſtatim opprimat alteram, ſeſe mutuò ſaltem imminuant, debilitentquè, ueluti itaquè nusquàm frigidū uidere eſt ignē, quòd ipſius forma, & ſubſtantia calor, nullum pati poteſt frigus, & nullo coire frigori, ſic neque aqua calida fiat unquàm, ſi frigiditas ſumma præſertim, ipſius exiſtat ſubſtantia. Hoc cuiuis manifeſtare poteſt nequaquàm à frigiditate, eaquè ſumma conſtitutam eſſe aquam, illud à nulla reor, quòd ſummè aquæ naturæ contrarium, aduèrſumquè uidetur frigus, corrumpens illam, & in glaciem inuertēs, criſtallumquè, proprio termino contentas, & ſolidas, compactasquè, & ad motum ineptiſſimas, penitusque immobiles, res, fluxilem, li-

quidamquè aquam, & quæ proprio contineri haud queat termino, & quæ motu gaudere, & ſeruari uidetur motu. Calida igitur uideri debet aqua à calore conſtituta, & ſeruata, perfectaquè à calore, & cui quæcunquè inſunt tenuitas, albedò, & mobilitas caloris ſunt propria, & cuius naturæ aduerſum, contrariumque uidetur frigus, eò autem Ariſtoteli magis, cui, ut dictum eſt, calida uidetur aquæ uniuerſitas, & cui nullus humor ſine calore eſſe, at & ignis pabulũ Peripateticis uiſa omnibus, nequaquàm igni contraria uideri debet Aqua, talia. n. quæ ſunt ægerrimè inuertuntur contrarijs obluctantia, repugnantiaq́; uiribus.

5. de gen. animal. C. 3.

Cap. 15. At neq́; ſumma aeri ineſſe uidetur caliditas, oportet autem, ſi & ipſe primum corpus, niſi enim, ut dictum eſt, ſummæ primis inſint corporibus qualitates, nequaquàm prima, ſimpliciaq́; fuerint corpora, remiſſio enim omnis, uel contrarij ſit admiſtione, uel actione contrarij, tum infinita fuerint prima corpora. At neq́; Ariſtoteles ſummam aeri abneget caliditatem in ignem ipſum uertens, ſola immutata humiditate, & è terra, atq́; aere ignem conſtituens, illius ſiccitate, huius remanente caliditate. Ab eadem igitur caliditate, qua ignis, aer itidem Ariſtoteli conſtitui uiſus, & à ſumma uterq́;, æquè igni calidus ſit oportet, fortè & magis, in craſſiore enim corpore copioſior colligi poteſt calor, in terram igitur agere poſſe magis, quàm pati aer uideri queat, non inferioribus agens uiribus, & in debilitatã agens, imminutamq́; ab aſſidua Solis actione, at terræ proximus, ubi à reflexa non calefit luce, frigidiſſimus apparet, & eò frigidior aſſiduè, quò à reflexa minus calefit luce, qui igitur calidiſſimos, tenuiſſimosq́; uapores in aquam Ariſtoteli cogit longè frigidiſſimam, & in niues etiam gelat, non quidem ſi ſummus aeri inſit calor, ut enim terræ proximus, contiguusq́; à præpotente denſiſſimæ terræ immutetur frigore, remotus itidem pati queat quid, quod enim infimis ipſius partibus à proxima terra inditum eſt frigus, nullo negotio à

longè ampliore, longèq; robuſtiore proprio ſuperioris aeris calore de turbetur, atq; interimatur, non modò ne ad ſuperiora feratur reijcie tur. At neq; ignis contactu, & commiſtione etiam calidus fiat aer, ab eodem illi conſtitutus principio. Et neq; à cæleſtium latione com motus, contritusq;, non ſiquidem non per ſe primis corporibus ſum mus inſit calor, ſed ex accidente fiat, qui ſi non natura ipſa, res cer tè Ariſtoteli etiam maximè omnium naturalis uidetur, & quo en tia conſtant, ſeruanturq; omnia, & qui uerè uita ſit entibus, at Ari ſtoteli propterea inferiora hæc à celeſtibus calefieri uidetur, quòd ip ſis commotis, & ignis itidem commouetur, agitaturq;, & illius par tes ſegregantur, deſcenduntq;, & aeri commiſcentur, à quo calidio re, & ignis contactu, & cæleſtium motu facto, calefiunt inferiora hæc, Aer itaq; non æquè igni calidus Ariſtoteli uiſus, nequaquàm à calore puro, atq; integro conſtitui uideri debet, nec primum igitur corpus, & neq; ignis, cui non per ſe, nec ſemper ſummus ineſt ca lor, At neq; iuxta Peripateticorum placita perpetuò humiditati ſum mæ, ſumma coniuncta eſſe poteſt caliditas, quæ, ut ipſis placet, depo pulatur illam, & depaſcitur aſſiduè, cur igitur non uniuerſa tandē, quæ aeri ineſt, humiditate abſumpta, non in ignem abit aer uniuer ſus, & ſublimiora etiam petit, neq; enim humiditatem tantam in eo generari à uaporibus à Sole eductis, in ea præſertim ipſius parte, quæ extra montium eſt uertices, quantam ab inexiſtente caliditate conſu mi credibile eſt, humidi enim qui uidentur Ariſtoteli uapores, uniuer ſi ferè intra montium uertices in aquas coguntur, inepti ulterius pro gredi, & à frigore in ea aeris regione exiſtente grauiores facti, & craſſiores, ſi qui ulterius attolluntur nequaquàm ad tantam ſuperioris aeris illius molem inalterandam, ullius uideri queant roboris, qui præ ſertim longè calidiſſimi, non igitur aſcendant & humidiſſimi. Mi rum præterea, ſi penitus terræ aer opponatur, penitusq; exiſtat con trarius maiorem terræ portionem ab aere contineri, & circumple

cti

ſti, ſiquidem communi qualitate colligari prima corpora neceſſarium uidetur Peripateticis.

Cap. 16. Et aquæ igitur ſummam aſſignantem Ariſtotelem frigiditatem mirari licet, & ſummam aeri caliditatem, at multò, reor, amplius ignem ſiccitati dantem, ab altero igitur communi terræ principio ignem conſtituentem, nam præterquàm quòd caliditati ſummæ ſumma itidem ſiccitas, aut ſiccitas omnino ulla, nullo, ut declaratum eſt, iungi, coireq; poteſt pacto, frigiditatis opus, & propria frigiditatis, & quæ à frigiditate ſeiungi non poteſt, nihil igne, puro illo præſertim, ſinceroq;, humidius ipſi etiam uideri debet Ariſtoteli, nec terræ diſſimile, & contrarium magis. Siccum id, inquit Ariſtoteles, uidetur, quòd ægrè alieno, proprio termino optimè continetur, & quod nequaq; in ſeſe refugit, ceditq;, ſed renititur, reſiſtitq;, humidum contra alieno pulcherrimè, minus bellè proprio, & quod in ſeſe refugit, ceditq;, & non reſiſtit, & tenuitas, inquit, mollitiesq; humiditatis ſunt propriæ, ſiccitatis contra craſſities, duritiesq;, omnium igitur humidiſſimus ignis, minimè omnium proprio aptus contineri termino, alieno omnium aptiſſimus, & longè omnium tenuiſſimus ipſe, molliſſimusq;, & cedens maximè, & qui quæcunq; penitus ſuperat, uertitq;, longè etiam craſſiſſima, duriſſimaq;, & renitentia maximè, in ſummè tenuia, molliaq;, & ſummè uertit cedentia, in uapores nimirum, fumũq;, & flammas, attenuet ſaltem, emolliatq;, & liquefaciat, humidiora igitur, ineptioraq; reddat proprio contineri termino, & renitentia minus, quæ non penitus ſuperat, uertitq;, Nec uerò proprio termino contineri uideatur ignis, quod non diffunditur aſcendens, diffluitq;, at ueluti in pyramidem coit, qui ad propriam rectà breuiſſimaq; locum, & ad cognata tendens corpara, una eademq; tendit uniuerſus uia, unitus igitur, nec tamen in orbẽ, globumq;, quod oportebat, ſi proprio ſui natura contineatur termino, neq; enim alia partibus danda forma, quàm quæ uniuerſitatis eſt propria, at in pyramidem

2. de gen. T. 9. 10. & 13.

dem profuſus, quòd è medijs rei, quæ accenditur, partibus, maximè in illis ui gens calor plurimam educit tenuitatem, quæ igitur ſummo data calore in longius lucere queat, fortè & reliquis calidior, tenuiorq́; iter conficiat celerius, non itaq; usq; quaquè pyramidalis apparet flā ma, ſed præcipuè è materia educta oblonga, erectaq́;, uel circulari, aut quæ latitudinem habeat ſaltem, omnis certè alienum quemuis terminum, & alienam figuram nullo ſuſcipiat negotio, quod unum ſatis Peripateticis *humidum declarare eſt ignem, id itidem humidū aſſerente* Ariſtotele, *quod alieno facile terminari poteſt termino. Atq; hoc humidi proprium uidetur magis, non ſiquidem ens ullum à ſe ipſo libens diuidatur, ſegregeturq́;, & corrumpatur igitur libens, at ibi tantùm, quod tenue eſt, ubi in craſſius incidit, obluctansq́;, à quali & flamma quæuis nullo diuiditur negotio, & à propria remouetur figura, & omnis itidem contingenti, comprimentiq; renititur nulli, ſed promptiſſimè in ſe ſe refugit, ceditq́;, quod humidi propriū, & quod humidum facere* Ariſtoteli *uidetur. At neq; ſiccus ignis, craſſusq́;, quòd exiccare interdum, compingereq́;, & craſſitiem dare uidetur rebus, concocta igitur quædam ſicciora fiunt, craſſioraq́;, ea ſiquidem, ut declaratum eſt, craſſeſcunt ab igne, quæ non uniuerſa uertere poteſt ignis, uel languens ipſe, impotensq́;, uel ſicciſſima illa, craſſiſſimaq;, partibus igitur, quæ humefieri, attenuariq; potuere, humefactis, attenuatisq́;, & eductis omnibus, quæ reliquæ fiunt longè craſſeſcunt magis, propterea igitur exiccare uidetur ignis, quòd inexiſtentem humiditatem, & quam ipſe ingenuit, educit omnem, cognatam nimirum, ſimilemq́;, neq; enim diſſimilem conſtituat rem, aut eliciat, attrahatq; agens ullum, ſiccitas igitur, craſſitiesq; ab igne facta, nequaquàm ignis uideri debet opus, ſed ignis impotentia, quæ nimirum ſuperari non potuit ab igne, & in humiditatem uerti, tenuitatemq;, quam ſummam ubi poteſt, perpetuò facit ignis, quod humidiſſimus ipſe, neq;. n. diſſimile quid conſtituat agens ullum, at neq;* 2, de gen. T, 13.

ſummè

ſummè contrarium quod eſt, & non inferioribus repugnans uiribus inuertatur, ſuperetur'q; ab agēte ullo unq̃;, propterea igitur quæcunq; tenuitate omni educta ſummè craſſa, ſummè'q; effecta ſicca, quocunq; id factum ſit pacto, & ipſa longè omnium ægerrimè ab igne inuertitur terra, quòd longè humidiſſimus exiſtit ignis, qui ab altero terræ communi conſtitutus principio nihilo facilius terram Ariſtoteli immutet, quàm aerem, aquam longè ægrius utraq; oppoſitam qualitate, quæ nullo inuerti uidetur negotio, ignis itaq; pabulum Peripateticis uidetur, ob id inquient, quòd tenuis exiſtit aqua, terra uerò craſſa rectè ſanè, tenuis namq;, & humida igitur res, haud magno negotio tenuior fiat, atq; humidior, ſed non quæ ſumma obluctatur craſſitie, ſiccitate'q;.

sunt

Cap. 17. At quis Peripateticos ſatis mirari queat, craſſiſſimam intuentes, & prædicantes terram, longè ignem tenuiſſimum, longiſſimè igitur in ea diſsidentem à terra oppoſitione, quæ humiditatis eſt, ſiccitatisq; propria, ſiccitatem tamen dantes utriq; ſummam, & ab altero igitur cõmuni principio utrumq; conſtituentes, terræ itaq; eundem ex dimidio ignem facientes, cui penitus illum diſſimilem intuentur, contrariũq;, ſummè craſſæ, ſummèq; opacæ, & ſummè nigræ, ſummèq; obſcuræ, & ſummè denique immobili, ſummè tenuem, ſummèq; tranſpicuum, nihil itaq; cæleſtium adimentem, aut immutantem omnino aſpectum, & ſummè album, nulli commiſtum fumo, ſummèq; lucidum, & ſummè deniq; mobilem, non adeò ab aere, at neque ab aqua ipſa differre uidetur ignis, tenui & ipſa, tranſpicuaq;, & alba, & non penitus motus experte, penitusq; inepta ad motum, ſed & ipſa motu gaudente, & ſeruata motu, hanc ab utroq; igni oppoſito conſtitutã principio ſummè ab igne differre oportebat reor, terram ab altero communi, igni ex dimidio eandem eſſe, & uideri inſuper, ſenſibili exiſtente communi principio, & operationem ex dimidio operari eandem, quod enim ſunt, & quod operantur entia, à proprijs ſunt,

& operantur principijs, ijs porrò, quæ dicta ſunt omnibus terræ ignē opponi, ipſe manifeſtat ſenſus, qui ubi adeſt, nulla amplius inquirēda eſt ratio, at nēq; ipſi in reliquis, at in eo tantùm diſsentiant Peripatetici, quòd & terræ interdum albedinem aſſignant, haud rectè reor, niſi enim, ut dictum eſt, alterius principij, & primi alterius corporis proprius ſit niger color, nullo compoſitis indi queat pacto, neq; igitur ex albis omnibus illum educentes, ſatis placere Peripatetici poſſunt, ut in comentario de colorum generatione eſt expoſitum. Ariſtoteles quidem ipſe, eſt ubi nigram ponit terram. propria quidem ſubſtantia, propriaq; operatione ſummè illam igni oppoſitam eſſe, contrariamq; & aerem, ~~terramq;~~ media illorum eſſe, multis declarat rationibus. Ad propriū, inquit, locum ferri unumquodq;, ad ſuum ſimile, & ſuam ſpetiem eſt ferri, & ſic utiq; quis exiſtimabit id quod dicebant antiqui, ſimile ad ſimile ferri, hoc enim non accidit omnino, non enim ſi quis terram tranſmutet, & iuxta lunam collocet, ad ipſam ferentur partes, ſed ad eundem locum, ubi nunc exiſtit, magis itaq; proprius Ariſtoteli terræ partibus proprius terræ uidetur locus, quàm terræ ipſius uniuerſitas, & ab illo foueri, ſeruariq;, & perfici magis, hanc omittentes, ad illum ut ferantur, & haud ita multò poſt, Vbi, inquit, è graui leue fit, in ſuperum locum uenit, ſimul autē eſt leue, & non ulterius fit, ſed illic eſt, id nimirum & neceſſariò innuens, nequaq; uidelicet uerè leue id eſſe, quod non in ſupero eſt loco, quod nimirum id eſſe enuntiauit Ariſtoteles, quod reliquis ſuperſtat, & ſupereminet, ſubdit itaq;, Manifeſtum eſt igitur potentia exiſtens ad actum proficiſcens uenire illuc, & ad tantum, & ad tale, ubi eſt actus, & quāti et qualis, & ubi; ad cōtraria igitur loca, qualia mediū Ariſtoteli uidetur, extremūq;, ut ad proprios actus, propriasq; formas, & proprias perfectiones tendentia corpora, ſummè inter ſe contraria Ariſtoteli & uidentur, & uideantur neceſſe eſt, Quoniā, inquit, id quod omnibus ſubſtat fertur ad medium, neceſſe eſt id,

in 1. de colorib.

2. de gen. animal. C. 2.

aquamq;

de cælo 1. 4.

8. phyſic.

4. de cælo T. 26.

4. de Cælo T. 34.

quod omnibus ſupereminet, ferri ad extremum regionis in qua faciũt motum, contrarium. n. eſt medium extremo, quod autem ſubſtat, ei quod ſupereminet, quapropter & rationabiliter graue, & leue duo ſunt, etenim loca duo ſunt, medium, & extremum, id apertè aſ ſerens, quoniã à proprijs locis entibus proprij dantur actus, propriæq; perfectiones, propterea duobus tantùm exiſtentibus oppoſitis locis, duos tantùm largiri oppoſitos actus poſſe, reliquos inter hos medios
37. eſſe, ſubdit itaq;, eſt igitur, & inter hæc medium, quod ad utrumq; ipſorum dicitur alterum, eſt. n. ut extremum, & medium amborũ, quod intermedium eſt, ob hoc eſt etiam aliud graue, & leue, ut aqua, & aer, nihil enim prohibet, ut inter contraria ſit unum, & plura, quemadmodum, & in coloribus, manifeſtè itaq; iuxta proprium actum, propriamq; perfectionem, & iuxta propriam igitur ſubſtantiã ſummè ignis terræ opponi uidetur Ariſtoteli, non aqua, quæ ueluti & aer illorum uidetur media, & iuxta proprium igitur motum, propriamq;, uideatur operationem neceſſe eſt, quæ ni
1. de cælo T. 10. mirum à propria manat ſubſtãtia, & uidetur omnino, ſummè. n. motus, qui ad ſupera, ei qui ad infera contrarius Ariſtoteli uidetur, &
4. de Cælo T. 36. hoc ſola ſimpliciter moueri terra, ſola ſimpliciter uiſa grauis, ſolus illo ignis, ſolus ſimpliciter uiſus leuis, aerem, & aquam & leues eſſe, & graues. At neq; iuxta leuitatem, & grauitatem, & iuxtà proprios tãtùm motus terra igni opponi Ariſtoteli uidetur, ſed iuxta motum itidem, atq; immobilitatem, & ex ijs, quæ citata ſunt manifeſtè apparet, & repetere nihil illa grauemur, quò melius eluceat
2. de Cœlo T. 17. & 18. ueritas, Oportet inquit, ut firmum quid, ſtabileq; habeat cœlum, circa quod moueri queat, terram eſſe immobilem, & in medio poſitam, quod enim circulo mouetur, neceſſariò circa medium ſtabile mouetur, terra autem exiſtente, & ignem neceſſariò exiſtere, ſi. n. alterum contrariorum natura, natura & alterum, eadem enim contrariorum materia, & prior eſt affirmatio negatione, ueluti calidum

frigido,

ſrigido, quies autem, & graue dũr iuxta leuitatis, & motus priua tionem; Non igitur iuxta leuitatem, & grauitatem, & iuxta contrarios tantùm motus, terra igni opponi uidetur Ariſtoteli, at iuxta motum itidem, quo perenni gaudere uidetur ignis, atq; immobilitatem, in qua ſumma perpetuò quieſcit terra, quæ longè maior uidetur oppoſitio, neq;. n. motus quiuis à quouis, ſi quidem differt, adeò differat motu, atq; ab immobilitate, & à contrarijs igitur conſtitutus uideri debet principijs, propria ſi quidem, ut dictum eſt, operatio, non ſubſtantiæ modò cognata, atq; unita, ſed ſubſtantiæ unum, atq; idem uideri poteſt, contraria igitur, ſimilisq;, & diuerſa Ariſto teli imprimis uidentur entia, prout ipſorum tales exiſtunt operationes, cœlum itaq; à ſublunaribus diuerſum, quòd diuerſus ipſius à ſub lunarium motu, ſummè igitur, ut dictum eſt, Ariſtotilem mirari licet, ſuosq; omnes, propria imprimis operatione, tum & omnibus, quæ utriq; inſunt, & quæ utriusq; propria uideri queant, diſſidere inter ſe ignem, terramq; intuentes, & prædicantes etiam, ab altero commu ni terræ principio, ignem conſtituentes, terræ itaq; è dimidio eundẽ facientes, & aerem itidem, atq; aquam prima ponentes corpora, in medijs poſita locis, & medias nacta naturas, & quæ ipſe, ut uiſum eſt, ignis terræq; facit media, eò autem ſeorſum aquam magis, quòd nulla ipſius apparet unita moles, niſi mare ipſum, quod calidũ, ſiccumq;, nequaquàm à frigiditate ſumma, & ſumma uideatur con ſtitutum humiditate, & neq; in aliam actum naturam primum exiſtens corpus.

Nec *uerò minus mutuò illa inuertentem, quàm componentem mireris* Cap. 18.
A*riſtotelem, Singula, inquit, in ſeſe mutuò tranſmutantur, quod uel* 2. de gen.
ab utrisq;, uel ab altero ſaltem contrario conſtituta ſunt principio, T. 14.
quis enim imaginari queat, non ſummè modò ualentem, & penitus contrarijs præditam uiribus terram, uel quantulamuis ipſius portio nem, ſed ipſam etiam aquam, exile quid ab aeris natura diſſidentem,

& debilibus omnino præditam uiribus, ab ignauiſſimo inuerti poſſe,
aut inalterari unquàm aere. At neq; aqua uel in aerem agat ipſa
quicquam, multòq; in terram minus, quæ aquæ cuiuis, & immiſta
quantùmuis, in minutiſſima quidem ſoluatur, at in aquam tamen in-
uertatur nunquàm, & neq; ignem inuertat unquam aer, quantulus
uis igitur in quantouis ſeruatur, uigetq; aere, quod niſi ad proprium
locum, & ad cognatum tenderet corpus, pabulo etiam, nutrimẽtoq;
dempto, haud extinguatur tamen, non ab integris uidelicet, & ni-
hil paſſis conſtituta principijs aqua, & aer, nec prima igitur corpo-
ra, nec ſummis prædita uiribus, haudquaquàm in prima, & ſummè
27. igitur ualentia agant, nec inuertant illa. Neq; igitur ex illorum al
tero terræ, aut igni quauis commiſto ratione, horum fiat alterum, ut
Ariſtoteli placet, nuſquàm igitur ex aqua, & igni terram uideas cõ
ſtitui, neq; ex aere, terraq; ignem, qui enim uel è calidiſſimo, tenuiſ
ſimoq; igne, & è minimè craſſa, minimèq; frigida aqua, craſſiſſima
conſtituatur, frigidiſſimaq; terra? aut è ſummè frigida, ſummèq; craſ
ſa terra, & è non tenuiſſimo, nec ualde calido aere, tenuiſſimus,
& longè calidiſſimus conſtituatur ignis? Haud igitur uſq; quaq;, et
facilè in ſeſe mutuò inuertuntur prima corpora, quæ ab altero cõ-
muni conſtituta ſunt Ariſtoteli principio, & ex duobus tertium fit,
ſed quæ media ipſi etiam Ariſtoteli uidentur, nec ſeſe mutuò, & mul
tò extremorum ullum inuertunt minus, neq; ex ipſorum altero alteri
extremorum commiſto extremum fit alterum, Extrema, quæ nimirũ
ab integris, puriſq; conſtituta principijs, uerè prima ſunt, ſimpliciaq;
corpora, & ſummis igitur prædita uiribus, & media haud ualde diſ
ſidentia, repugnantiaq; haud magno inuertunt negotio, & ſeſe etiã
ipſa mutuò, at longè ægrius, contrarijs, magniſq; reluctantia uiribus
magis, nullo igitur negotio aerem ignis, & ipſam etiam aquam, quod
ſenſui manifeſtum haudquaquàm negent Peripatetici, quin ipſi aſ-
firmant maximè, ignis pabulum, ut dictum eſt, aquam aſſerentes,

at

at terram adeo ægrè, ut nec inuertere omnino potens uideatur interdum, quam iuxta Peripateticorum placita nullo oportebat negotio, nihiloq; quàm aerem minus, ab altero & ipſam communi conſtitutam principio.

At neq; corpora reliqua è quatuor horum componens commiſtione, & complexu, placere poteſt Ariſtoteles. primùm enim nequaquàm aqua ineſſe etiam ulla, aut alia omnino humiditas compoſitis uidetur multis, & neq; indenda eſt, ut ſeſe illa contineant, neq; enim terra, è qua præcipue componi uidentur miſta, aut ſiccum omnino quod eſt, dilabatur, diffluatq;, non ab humiditate aliqua retentum, coercitũq;, Ariſtoteli præſertim, id eſſe enuncianti ſiccum, quod proprio contineri queat termino, & id aridum, quod perfecte exiſtit ſiccum, ut ob humiditatis defectum etiam concreuerit; Tum ſi uera ſit ratio, humidum itaq; conſiſtentiam ſicco præbeat, & ſeſe continendi uim, uel contineatur ab humido omnino ſiccum, ſummè humidum quod eſt, id maximè operetur, aer itaq; terram contineat maximè, cuius propria eſſe humiditas Ariſtoteli uidetur prima componenti corpora, & illorum inquirenti conſtituentes differentias, non aquæ, cuius propria frigiditas Ariſtoteli uidetur, neq; enim ubi ſibi ipſis commiſcentur prima corpora, alias ſumant naturas, et ueluti proprij oblita ingenij, non iuxta proprias ſingula agant differentias, quod Ariſtoteli placre uidetur, aeris modò, modo aquæ humiditatem propriam eſſe aſſerenti, rerum itaq; naturam ſuo arbitratu immutanti. Nec uerò utriuſq; propria uideatur, ut Peripateticorum nonnullis placet, quòd duorum quæ propria ipſius ſunt, alterius ſit alterum, ſummè uidelicet humidus uideatur aer, quòd omnium minimè proprio contineatur termino, omnium maxime diffluens, dilabensq;, nam aqua quandam, ut in guttis habere uidetur conſiſtentiam, cuius tamen ea ratiõe propria uideri queat humiditas, quòd alieno magis, quàm aer, contineri uidetur termino, quem nimirũ magis diffluens, dilabensq; Cap. 19. 2. de gen. T. 12.

effugere

effugere uidetur aer, at non æquè, craſſior exiſtens aqua. Nam *quæ craſſior uidetur res, ſiccior Peripateticis uideri debet, craſſitiem ſiccitatis eſſe propriam ab Ariſtotele edoctis, & humiditatis ratio ab Ariſtotele aſſignata, quod magis diffluit, & promptius quemuis ſuſcipit terminum, figuramq;, id humidum magis declarat, non quod in alieno magis hæreat termino non effugiens illum, & parum diſfluens, quod nimirum, non ægerrimè proprio contineri uidetur, neq; eſſe igitur omnino humidum. Vtrunq; igitur quod humidi proprium Ariſtoteli uidetur, multò aer, quàm aqua habet magis, nam & proprio termino continetur minus, diffluens, dilabensq; magis, & alienum quemuis multò quàm aqua ſuſcipit promptius, faciliusq; aqua tenuior, & minus etiam quàm aqua hærens, & repugnans minus, cuius igitur perpetuò uideri Peripateticis debet humiditas, & qui terram continere, ſi ab humido ullo continenda eſt; Neq; enim humido omnino ſiccum, ut contineatur opus habeat Peripateticis, at aqueo, non aereo, quòd aqua propter grauitatem deſcendat, & hæreat terræ, at aer propter leuitatē, tenuitatemq; effugiat, elabaturq;, & præterlabatur miſtionem, niſi enim modum ipſi inueniant Peripatetici, quò aer ad miſta delabatur, & detineatur in illis, et ignis itidem longè aere leuior, tenuiorq;, & promptius elabens, haud quaquàm, uel terram inalterent, immutentq;, uel aquam, uel miſtum omnino conſtituant ullum; Non igitur aqua quibusdam, ne diffluāt, dilabanturue in cauſa eſſe uidetur, quoniam humida ipſa, diffluēſq;, ſed quoniam & ipſa uiſcoſitatis, & craſſitiei, & ſiccitatis igitur nō penitus expers, & quæ modica adiecta craſſitie, uiſcoſa fiat, gliſcráq;, rei igitur infuſa, quæ ut talis & ipſa exiſtat, modica tantùm indiget tenuitate, hac illam donans aqua, craſſitiem ab illa accipiens, uiſcoſa fit, gliſcráq; utráq;, iunguntur itáq; ſibi ipſis commiſta, & unum fiunt, id enim uidetur uiſcoſitas, gliſcrotiſq;, craſſities nimirum attennuari cœpta, & attenuari obluctans, repugnansq;, uel quæ cō-*

pingitur

pingitur humiditas, & ipſa compingi nolens, fluens igitur ſiccitas, & ſeſe continens humiditas, non igitur arenæ infuſa aqua coit illi, quòd maximè iuxta Ariſtotelis oportebat dogma, nec uiſcoſa fit omnino, neq; enim eius craſſitiei immiſceri poteſt, ſiccitatiq;, neq; igitur craſſitiem aſſumere, qua ut colla fiat indiget, at neq; ab aqua arena gliſcrotitem aſſumit ullam, nullam aſſumens ab illa humiditatē, tenuitatemq;, & neq; tenuia quæ ſunt, ſibi ipſis quantumuis commiſta, uiſcoſa fiunt unq;, neq; itidem craſſa quæ exiſtunt, nec ſibi ipſis coeunt, quæ coire, coniungiq; humore infuſo uidentur, talia ipſa exiſtunt, & talis infuſus item humor, eoq; ſeſe inuicem habent modo, ut quod alteri deeſt, quin bene uiſcoſum exiſtat, gliſcrumq;, alteri inſit, humiditatem igitur, tenuitatemq; alteri præbeat alterum, ſiccitatem alteri, craſſitiemq; alterum; At ſiccum quod eſt, per ſe cōſiſtit, ſibiq; coit, nulla uſum humidi opera, quò igitur exiccatur quid magis, eò conſiſtit magis, magisq; denſatur, & unum fit. At neq; abſurdius uideri quicquàm queat, quàm ſiccum, quod eſt, quod igitur id eſſe Ariſtoteli uidetur, quod proprio contineatur termino, hoc ut poſſit, re indigere, quæ minime id queat, cuius igitur ea eſt natura, et uis, ut ſeſe cōtineat, minimèq; diffluat, ne diffluat à re cōtineri diffluēte maximè. At ſicca reor, ſolidaq;, & denſa multa à præpotente calore humiditate emūcta concidere Ariſtoteli uiſa, quæ igitur ab humiditate cōtineri uideri poterant, qua educta diffluunt, conciduntq;, è propria illum deiecere poſitione, & compulere inuitum, reor, ut ſic cum ne concidat, humido habere opus aſſereret, mirari licet & hoc, nam & multa intueri potuit, nulla penitus ſuperſ~~ſtite~~ humiditate, ſeſe ualentiſſimè continentia, longèq; facta duriora, & longè compacta, denſataq; magis, ferrum ſæpius fuſum, è quo igitur humiditas effluxit omnis, neq; igitur fundi amplius poteſt, lateres, pumicesq;, omnia deniq;, quibus uel non multæ inerant tenues partes, uel è quibus amplus patuit elabentibus egreſſus, nō igitur plurimis ſimul exeuntibus. tite

untibus, uel per obſeptum erumpentibus iter, diſſoluta fuere, diſru-ptaq;, quod, quæ paſſa fuere, in minutiſſima quidem ſoluta fuere, at omnia optimè proprio contenta termino., ut ex illis nihilo patere queat minus, ſiccum quod eſt, per ſe conſiſtere, nulli admiſtum hu-mido, neq; ènim idem & minutum appareat, & humidum, te-nueq;, & aridum, ipſe. inquit Ariſtoteles, id eſt, quod perfe-ctè eſt ſiccum, ut concretum etiam ſit, propter humidi defectum.

2. de gen. T. 12.

Cap. 20. Nequaquàm igitur aquam ineſſe miſtis neceſſe eſt omnibus, & longè abeſt, ut conſtituere queat quædam, quæ ſi ulla inexiſtat humidi-tas, conſtitui omnino haud queant, At aer non hoc tantùm, ſed ut ad ullius omnino ut agens & ipſe delabatur, concurratq; generationē, longè debiliſſimus, qui itaq; à quouis ferè penitus, nulloq; corrumpa-tur momento, & neq; in terræ locis, in quibus præcipuè miſta com-ponuntur retineri, includiq; potens, ſuperiora proprio petēs ingenio, multòq; ignis magis, qui itaq; quo ad horum conſtitutionem defluat. pacto anxiè inquirentes Peripatetici, inueniant nunq̄, ut enim detur ipſis à cœli motu commoto igne, deturbatoq;, deuolui aliquas ipſius partes, non quidem ut ad terram uſq; delabantur, dari poteſt, quæ parum quid deuolutæ, aſcendant, uel motum ſiſtant, at non ad ter ram uſq; delabi oporteat illas, ſed ad maris fundum, & ad profun-diores terræ partes, in quibus miſta plurima generantur, & ſummo prædita calore, ſalſa, nitroſa, ſulfurea, bituminoſaq;, non igitur eo usq; à cœli motu deijciatur ignis, aut ſtellarum ui, & uirtute, ut Peri pateticorum nonnullis placet, uel illarum etiam uoluntate, quæ ele-menta in proprio uelint manere loco, & ſibi ipſis unita, ſeruari ni mirum, & neq; ſi ſecus uelint, e proprijs ſedibus, propriaq; uniuer-ſitate euellatur, deuoluaturq; ignis pars, nequaquam ſtellarum uolū tatis conſciā, ſtupida ipſa, brutaq;, & neq; parere uolens, neq; enim corrumpi, & neq; delabi potens, nulla deſcendendi ui data. At neq; illud dicere liceat Peripateticis, non ſcilicet ullius eſſe opus deſcē

ſu

ſu ignis, qui nimirum miſtis inſit omnibus, è quibus componuntur miſta, neq; enim euenire unq̃, ut è ſimplicibus conſtituatur quid, ſed è miſtis omnia, primùm enim ſi fieri illud nequit, neq́; factum fuit unq̃, nec unq̃ fieri potuit, tum aſſiduè ad proprium locum, & ad cognata igne euolante corpora, & paſſo à contrarijs, imminutoq́; aſſiduè, niſi nouus aſſiduè accedat, delapſus inde, deficiat tandem, uel iamdiu defeciſſe oportuit, & miſtorum igitur generatio. Haud *quaq̃; itaq;* Peripatetici *inueniant modum, quò aer, atq́; ignis deorſum ad miſtorum deuoluatur generationem, & illorum dicta omnia hominum uideantur poſitionem tueri uolentium, non ueritatem inquirentium, ad illud itaq́; confugiant neceſſe eſt,* A *cæli nimirum motu aerem, atq́; ignem in penitioribus terræ partibus, & in maris fundo generari, è quibus miſta fiant,* At *hoc minimè omnium* Peripateticis *liceat, quibus uel in primis miſtorum, compoſitorumq́;, gratia ſimplicia uidentur eſſe, longè illis imperfectiora, longèq; ignobiliora, nulla igitur elementaris ignis, & aeris itidem in compoſitorum conſtitutione opus habentibus opera, nequaquàm prima illa, ſimpliciaq; appareant corpora, at alterum cælum ipſum, & ipſe Sol, & ſola ipſa alterum terra, in quam agens & quam uariè inuertens, immutanſq; Sol, & uapores educit, è quibus aer Ariſtoteli fieri uidetur, & ipſe amplius ignis, & quæ in cæli, terræq; conſpiciuntur medio, conſtituit omnia, & quàm plurima in maris fundo, & in profundioribus terræ partibus, ſublunaris ignis ad hæc peragenda ineptus & ipſe, longè tenuiſſimus, calore itaq́; præditus longè debiliſſimo.* 2. de partib. Cap. 1.

At *neq; ſi coire queant ſimplicia corpora, quò inſint miſtis pacto, ſatis explicent* Peripatetici *unq̃, oportet autem, hoc miſtorum conſtitutionem, à ſimplicium generatione differre uolentibus, quòd in hac ſimplicium alterum corrumpatur, & generetur alterum, nullum in illa generetur, & corrumpatur item nullum, inſint itaq; omnia, at non integris uiribus, mutuò à ſe ipſis paſſa, imminutaq;, quod quò fie* Cap. 11. 1. de gen. T. 81. 88. & 89.

ri queat pacto, longè obſcuriſſimum in diuerſa itaq; feruntur, neq ullus alteri placet. Quoniàm, inquiunt, elementorum ratione amitterent ſimplicia, ſi in miſtis corrumpantur, uolente Ariſtotele compoſitis elementa ineſſe omnino, inſunt igitur, inquiunt aliqui, miſtis elementorum formæ, nequaquàm ipſæ imminutæ, quæ ſubſtantiæ exiſtentes, remitti omnino nequeant, at proprijs qualitatibus mutua actione paſſis. At hoc alijs non placet, & placere omnino non poteſt, qui enim cuilibet materiæ parti diuerſæ inſint formæ, & diuerſæ igitur naturæ, aut una ipſa, eadémq; materiæ pars, diuerſas ſuſcipiat formas, non quolibet diſpoſita, affectaq; modo, formam quamuis ſuſcipere potens, quæ igitur contrarias eadem, & contraria operantes, & gaudentes contrarijs ſuſcipiens formas, contrarys eadem diſpoſita ſit modis, ſi igitur miſtis ſimplicium inſint formæ, nequaquàm uere ſit miſtum, ſed ad ſenſum tantùm, minutiſſimis, atq; adeo ſenſum fugientibus, iuxta ſe poſitis partibus. Incommoda hæc uitantes alij, formæ ipſæ, inquiunt, elementorum paſſæ ſunt, imminutæq;, & remiſſæ, quales contrariæ, etiam exiſtentes ſimul coire poſſe Peripateticis uidentur, remitti uerò ſimplicium formas, & magis ſuſcipere, & minus, & contrarias ſibi ipſis eſſe, longè imperfectiſſimas, & parũ quid à materiæ natura dimotas, quæ itaq; mediæ uideri poſſint inter uerè ſubſtantiales, accidentalesq;; At hoc minimè alijs probatur, neq; enim medium quid inter ſubſtantiam exiſtat, atq; accidens, ueluti neq; inter affirmationem, negationemq;, proprium enim accidentis eſt, inquiunt, in ſubiecto eſſe, ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, quod nimirum ab ipſa ſit conſtituendum, & niſi ab ipſa fiat, non ſit omnino, ipſa itaq; non in ſubiecto, at in materia ſit, & neq; medium quid inter ea ſit, quæ eiuſdem generis non ſunt, alia itaq; ratione, atq; alio miſtis indenda ſimplicia uidentur modo, non penitus ipſa corrupta, & unum facta omnia, è contrarijs inquiunt, mutuòq; in ſeſe agentibus ſimplicium qualitatibus, media conſtitui poteſt qualitas,

litas, quæ extremarum ſapiat naturam, huiuſmodi, inquiunt, qualitas propria exiſtit ad formã corporis miſti diſpoſitio, ueluti ſimplex, ad ſimplicis corporis formam, ueluti igitur extrema in medio inueniuntur, quod nimirum utriusq; particeps eſt naturæ, ſic qualitates ſimplicium corporum in corporis miſti qualitate. Si quidem qualitates ſimplicium formæ exiſtant Peripateticis, *ſimplicia miſtis quoquo ineſſe pacto aſſerere liceat, qualitatem aſſerentibus ineſſe qualitatum mediam, & ueluti ex omnibus conflatam, at qualitates nequaquàm ſimplicium ponentibus formas, ſed diſpoſitiones tantùm ad formas, penitus interemptis ſimplicium formis, uel integra ad illas remanente diſpoſitione, nequaquàm ſimplicia corpora pacto ullo remanere, ſeruariq; dixerint* Peripatetici, *quid enim remaneat, aut ſeruetur, cuius penitus interijt forma, ſi ſeruari, remanereq; oportet elementa, quod* Ariſtoteli *imprimis placet, ipſorum quoquo remaneãt oportet formæ pacto, non ad illas diſpoſitio, eaq; imminuta, immutataq;, quæ materiæ eſt omnino, cuius uicem ſubire in miſtis elementa nequaquàm* 2. de gen. T. 48. Ariſtoteli *placet, ipſas ineſſe uolenti formas, non integras quidem, intenſasq;, ſed remiſſas, & mutua actione paſſas, at ineſſe omnino, non igitur ſatis explicare* Peripatetici *uidentur, quo inexiſtentibus ſimplicibus pacto, miſta conſtituantur, compoſitaq; omnia, at neq; explicent unq̃, nusq̃, ut dictum eſt, coire potentibus contrarijs agentibus naturis, quæ quantumuis remiſſis uiribus, at nequaquàm depoſitis odijs tamen, ad internitionem pugnare uidentur uſquequaq;, et neutra ceſſare unq̃, donec contrariam interimat, deturbetq;, ipſa itaq; ſubiecto potiatur ſola, nequaquàm eidem ineſſe potens, aut uolens utraq;, at longè diuerſo diſpoſito, affectoq; modo, in diuerſis itaq; exiſtentes ſubiectis contrariæ naturæ, & non ſummis etiam præditæ uiribus, ſeſe aſſiduè oppugnare uiſæ, & uel longè debiliſſima non pati à præpotente tantùm, ſed & ipſa agere in illam uſq; quaquè, ſubiecto illam deturbare contendens, agens itaq; omne ra*

ti, & ipſum Peripateticis uidetur, qui eidem inexiſtentes ſubiecto, quieſcere illas imaginari queas, robuſtior præſertim ubi adeſt altera, qualis in miſtis conſpicitur longè plurimis, cur contrariam longè debiliorem, ac uictam iam, profligatamq́; in eodem eſſe ſinat, & uigere ſubiecto, quo ſola potiri ſummè ipſa appetit, cur itaq; id potens, non deturbat inde illam?

Cap. 22. At *neq; unquam ſi ſimplicia inexiſtant omnia, remiſſis igitur ſingula uiribus, rationem Peripatetici aſſignent, cur miſta multa non ſimplicium tantùm exæquent uires, ſed longè etiam exuperent illas, ſucci igitur longè plurimi, & nequaquàm aqua craſſiores, qualibus copioſior quàm tenuiori aquæ ineſt, indi queat frigiditas, longè aqua apparent frigidiores, quos omnes, aqua etiam craſſiores quid, at aeris, ignisq́; participes, rerum longè calidiſſimarum, longè oportebat ab aqua exuperari, neq́; enim quod illis, non aquæ ineſt tantùm, ſed & terræ itidem frigiditas, quæ ſiccitati iuncta ualentius agere uidetur, quòd nimirum ueluti lima quædam exiſtat ſiccitas, non caloris tantùm, ſed & frigoris itidem, quæ utriusq; actionem mirum adiuuet in modum, primùm enim, non res eadem contrariorum agentiũ actionem adiuuare uideri debet, calorem itaq; exacuere Peripateticis uiſa ſiccitas, frigiditatem obtundere uideri debet, neq́; enim propterea ſiccitas qualitatum uires augere, & actionem adiuuare Peripateticis uidetur, quòd craſſior ipſa, denſiorq́; illas ſuſcipit copioſiores, ſed ipſa id facere per ſe uidetur ſiccitas, ſummè etiam tenui inexiſtens rei, nihil enim memores humiditati tenuitatem aſſignaſſe, & eandem humiditati feciſſe, quæ igitur ſiccitati nihilo coire, quàm humiditas queat magis, ſublunarẽ ignem, tenuitate ſumma, et ſũma itidẽ donant ſiccitate, ab eadem igitur conſtitutus aeri caliditate (neq́; enim, ut ſæpe dictum eſt, ab imminuta qualitate primum, ſimplexq; conſtituatur corpus, quæ nimirum, uel contrariæ commiſta imminui poteſt, ut Peripateticis placet, uel à contraria paſſa, ſi neutrum contingerit,*

tingerit, qualis ſui exiſtit natura, appareat impermiſta, atq́; integra, & ſummis prædita uiribus) propterea igitur, ut dictum eſt, ualentiſſus aere caleſacere Peripateticis *uidetur ignis, nulla maiore datus caliditate, quòd illius uis ab humiditate retundi, huius exacui a ſiccitate uidetur.* Illud *præterea incuſandus eſſet* Ariſtoteles, *ſi frigiditatem exacuere uidetur ſiccitas, quòd humiditati ſummam illam copulauit, non ſiccitati, terra itaq́; uideri debuit primò frigida, ueluti primò calidus ignis.* At *neq́; ſi non frigiditas ſuccorum appareat forma, ſed ſubſtantia alia, aqua uideri debent frigidiores, à propria huiuſmodi facti forma, quæ nimirum ſi alia ſit à qualitatibus, & ſimplicibus, componentibusq́; non inſit corporibus, è ſolo manare poteſt cælo, at* Peripateticis *ſolus è cælo delabitur calor, ſi igitur miſtis, illorumq́; qualitatibus forma è cælo ſuperadditur, calor exiſtat, aliud eſſe queat nihil, qui igitur inexiſtentem imminuat frigiditatem, non augeat illam, intendatq́;.*

At *neq́; efficientia rerum principia inquirens, probari poteſt* Ariſtoteles, *rectè illa quidem contraria oportere eſſe aſſerens, quòd contrarius eſt generationi interitus, contrariorum autem contrarias eſſe oportere cauſas, & illud itidem, non aliam nimirum in naturalibus efficientem à formali eſſe cauſa, cui itaq́; caliditas, & frigiditas formæ rerũ uiſæ, efficientes itidẽ uideri debuere, ſolæ præſertim ſummè ſibi ipſis oppoſitæ uiſæ, contrariæq́;, ſeſe mutuò deturbantes, interimentesq́;, & alterius demoliens, corrumpensq́; opera altera, non obliquus Solis motus, accedens nimirum, & recedens Sol, qui accedenti nequaquàm apparet contrarius, at debilius tantùm agens, obliquus magis, non itaq́; quæ accedens ipſe conſtituit, genuitq́;, corrumpat recedens unquàm, & neq́; corrumpantur omnino unq́;, niſi alterum adſit principium, uerè Soli oppoſitum, contrariumq́;, quod quæ à Sole conſtituta ſunt, effectaq́; perdat, corrumpatq́;;* Terra *nimirum, ſi rationes id ſinant, quibus adductus* Ariſtotiles,

Cap. 23
2. de gen. T. 26.
2. phyſ.

Parmenidem

Parmenidem incuſat, calidum & ipſum, frigidumq; principia ponentem, & ignem ab illo, ab hoc terram conſtitutam; Efficiens, inquit, Ariſtoteles, cauſa, quæ maximè princeps in efficiendis exiſtit rebus, ratione uti uidetur, & ueluti arte, tantum uidelicet operatur, quantum oportet, at qui ignem, inquit, ponunt, præterquàm quòd rem pro principio agente ponunt, quæ non agere modò, ſed pati etiam uidetur, quod efficienti non conuenit cauſæ, ſimile quid, inquit, faciunt, ut ſi quis ſerræ, et organis ſingulis effectorum attribuit cauſam, ſerra nanq; exiſtat, neceſſe eſt, ſi ſecatur, non tamen ſerra ſecat, ſic & ignis, & peius etiam, quando nihil mouent non mota inſtrumenta, at calor, & frigus, niſi abutente ipſis moderentur, regãturq;, ſubiectum corrumpunt. Duabus igitur de cauſis caliditas, frigiditasq; non uidentur efficientia Ariſtoteli principia, & quod nimirũ nulla in agendo uti uidentur arte, quæ uel imprimis agenti inſit, atq; efficienti oportet, & quod pati ipſæ uidentur, quod uerè agenti cõuenire non uidetur, caliditas igitur, frigiditasq; agentia quidem apparent Ariſtoteli principia, ſolæ, ut uiſum eſt, agere ipſi uiſæ, & conſtituere item omnia, ſed alio inſuper opus eſſe illarum ueluti moderatore, rectoreq;, qui pati ipſe impotens, utriusq; quaſi cohibeat, reprimatq; uim, ne in ſe ipſas effuſæ, altera alterius corrũpat, deſtruatq; opera, & ſeſe etiam ipſas interimant, perdantq;.

2. de gen. T. 55.

Cap. 24. Rectè quidem, neq; enim, quæ ratione in agendo nulla uti, & arte uidetur nulla, & quæ pati & ipſa poſſe, uerè agens uideri debet cauſa, non ſiquidem rectè conſtituatur quid ab agente temerè, atq; effuſis agente uſq;quaquè uiribus, At & generatio deficiat, ſi agens patiatur principium, & pati igitur impotens eſſe oportere agens uidetur principium, & menſura quadam, & ratione agere, At contra quæcunq; conſtituta ſunt corrumpi uiſa, interireq;, pati ipſum maniſeſtant, neq; enim ſi nõ principium ipſum pati queat, quod ab ipſo conſtitutum eſt, patiatur, aut immutetur quicquam unquàm, non

ſiquidem

ſiquidem integrum quidem, ualensq; agens principium, & ueluti magnitudine, & robore munitum ſuo, pati impotens dixerit Ariſtoteles, at imminutum in genitis, debilitatumq; paſſibile factum, iam enim pati aptum dixerint, & à contrario repugnante paſſum, Non igitur propria natura impaſſibile agens Ariſtoteli uideri debet principium, ſed ſi quid aliud pati, & ipſum, cui præcipuè contrarium, oppoſitumq; aſſignat Ariſtoteles. At neq; ex ipſo ratione uti uideatur, non ſcilicet non tantum uſquequaq; quantum & poteſt, agat; Quid enim agentis ſubſtantiæ ingenio conueniat minus, quàm agendi uim, & propriam igitur prohibere, & reprimere naturam, & ſe igitur ipſam ſeruandi, atq; amplificandi ſtudium deponere, atq; appetitum. Propria igitur natura temere, & tantum agere uſq;quaq;, quantum & poteſt, utrunq; agens uideri debet principium, & pati ipſum potens, Quod igitur ſi æternum apparet, & nihil paſſum unquàm, nusquam uel uniuerſi conſtructione immutata quicquàm, uel rerum quarumuis generatione, conſtitutioneq;, & ſi ratione agere, ſumma omnibus ratione effectis, menſuraq;, non ab ipſis ſit contrarijs agentibus principijs, ſed ab alio illorum moderatore, & uere omnium principio, nequaquàm illorum immutante naturam, aut uires reprimente, cohibenteq; unquàm, ſed alia longè diuiniore ratione, & modo, effuſis igitur uſquequaq; uiribus, & quantum poſſunt uſq;quaquè agentia, cohibere ſe uideantur tamen, & ueluti menſura uti, neq; igitur ſeſe mutuò perdant, & longè plurima cōſtituant, & longè pulcherrima, & eadem ſemper ratione omnia; huiuſmodi Deus ipſe glorioſus, non obliqua Solis appareat latio, quæ eiuſdem Dei uideri debet opus, & admirabili quidem conſtituta ſapientia, illa igitur delatus Sol terras illuſtrat, fouetq; omnes, & omnes animalibus omnibus, & humano etiam generi commodas præbet ſedes, nullas èxurit, qui recta obuolutus, uel minus etiam obliqua, nimis diu medijs imminens, terræ faciat medias, extremas minus illuſtret, torre

ſtret,

ſtret, minúsq; calefaciat, remotus nimis, & obliqua magis, ad alteram accedens nimis, nimis recedat ab altera, quam igitur nimijs obſitam tenebris, nimioq́; rigentem gelu, animalia ſuſtinere queant nulla. Hæc non latio ipſa præſtare uidetur, ſed uel ipſe illa delatus Sol, ſi uolens defertur, eligensq́;, uel ille rerum opifex, qui & Solem condidit, & illo etiam deferri inſtituit motu, eaq́; ut dictum eſt, à terra ipſum locauit diſtantia, ut non exurere illam, & agere in illam queat, & ſubſtantiam ex illa haurire, unde aer conſtituatur, atq́; aquæ omnes, plãtæq́;, & animalia. Agens igitur principium Sol, uel Soli inexiſtens calor, nulla agens ratione, at tãtùm uſquequaquè, quantum & poteſt, ratione tamen in agendo uti uidetur, & ueluti arte, eo locatus loco, atq́; illis delatis motibus. At neq́; utrunq́; agẽs principium in ſe ipſa habere obliqua uidetur latio, neq́; enim accedẽti, directoq́; Soli recedens, ut dictum eſt, contrarius uidetur, obliquusq́;, debilius quidem, languidiusq́;, at calefaciens omnino ſemper, non igitur recedens generare, atq́; obliquus, quæ accedens queat, directusq́;, at nequaq̃ illa corrumpat tamen, perdatq́;, nequaquàm ſibi ipſi oppoſitus unq̃ factus, contrariusq́;, quæ igitur quoniam interire, corrumpiq́; uidentur omnia, Soli oppoſitum inueniendum Ariſtoteli erat, contrariumq́; ens, quod à contrario conſtitutum principio, & contraria præditum natura, contrarijsq́; agens uiribus, quæ à Sole conſtituta ſunt, genitaq; perdat, corrumpatq́;, & in quod agens conſtituat illa Sol, neq; enim, uel agere in aliud, uel ab alio pati licet, at in contrarium, & à contrario tantùm, calefacienti igitur, & calore agenti Soli ens, erat Ariſtoteli opponendum, ſumma præditum frigiditate, terra nimirum, quà conſpecta, eiusq; natura, & ui, nullus amplius indagandus erat Ariſtoteli artifex, qui caloris, frigorisq; moderaretur uim, & ne ab altero alterius corrũpantur opera, aut ſe ipſa etiam mutuò perdant, prouideret, ab altero coerceri, moderariq; uiſo altero, admiranda tantùm erat, ſuſpiciendaq; conditoris ſa

pientia,

pientia, qui ſummè contraria, ſummèq; agentia, & longè potentiſſima, ſic locauit entia, & illos alteri tradidit motus, ut nihil remiſſis agentia unq; uiribus, at tantum uſquequaq;, quantum et poſſunt, mẽſura tamen in agendo uti uideātur, & ueluti arte, nec mutuò igitur corrumpantur, neq; ab altero interimatur alterum, longiſſimè à ſe ipſis locata, breuiq; in eaſdem alterius agente partes altero, & longè conſtituant diuerſiſſima, diuerſiſſime ut dictũ eſt, ſeſe exuperantia, & eadem tamen ratione ſemper omnia.

Et *ut ad* Solem *redeamus, ea etiam ratione generationis accedens uideri non debet cauſa, & corruptionis recedens, quòd non ibi generet maximè, ubi directus ſit maximè, & in ſingulis amplius terris, non magis, ubi accedit magis, at in omnibus, & in ualdè etiam borealibus nihil generare uidetur maximè factus proximus, non id tantùm in meridionalibus, ſed corrumpere etiam, quæ hybernus ipſe conſtituit, uernusq;, & nihilo in illis generare recedens minus, autumalisq;, & hybernus etiam, quàm accedens, uernusq;, nam æſtiuus nihil ullibi unq;, quem oportebat maximè, & qui uerè maximè etiam generat, non quidem animalia, plantasq;, de quibus, ut uidetur, eſt ſermo, ſed ſubſtantiam propriæ longè ſimillimam, maximis, & diuturnis agens uiribus, & in terram agens ſummè exuſtam, ſummeq; areſactam, uapores nimirum longè tenuiſſimos, quales neq; à ualente compingi queant frigore, non itaq; in aquas, aut in plantas craſſeſcere, & neq; animal cõſtituere in gliſcra, uiſcoſaq; retenti materia, partibus, quæ attenuari potuere, ſummè omnibus à ualentiſſimo attenuatis, et egreſſum nactis calore, neq; ulla igitur gliſcrotide ſuperſtite, mollitieuè, ſummè & ipſa ad animal conſtituendum neceſſaria, molle nãq; oportet, & flexile ſit corpus, apprehenſurum multa, & multis mouendum motibus.* Neq; *igitur ubi diu directus imminet, fons ibi emanat ullus, neq; ulla exoritur planta, neq; animal è putri enaſcitur ullum, quæ omnia paſſim in temperatis ſiunt regionibus, & in* Cap. 25.

ÿs amplius quæ propria natura humidiores exiſtunt, movllioreſq;. Nec uerò huiuſmodi æquinoctialis appareat regio, neq; enim diu illi directus imminet Sol, uel parum à directo differẽs, proprio motu, qua ſi rectà ad punctum uerticis accedens, & recedens ab illo, & diurno longè uelociſſimo, paucis horis maximum conficiens gyrum, quaſi igitur temporis momento à Sole exuſta directo, & quæ noctibus gaudeat longiſſimis, & longè etiam frigidiſſimis, à maxima, latiſſimaq; conſtitutis terræ umbra, Sole in puncto exiſtente ad uerticem oppoſito, temperata igitur, & beata æquinoctialis uideri poteſt plaga, & qui illam incolunt homines nihil optimis deteriores; ſi cœli nihil obſit inæqualitas, & à diurno calore ad nocturnum frigus tranſitus. At non, quæ non longè ab illa abeſt, & quaſi media eſt inter æquinoctialem, tropicosq;, à Sole maxime immorãte exuſta maximè,

et iam *tardius diurnum conficiente motum, ~~etiam~~ diu parum à puncto ad uerticem remoto, dum ſcilicet ab æquinoctiali ad tropicum, tum à tropico ad æquinoctialem retrofertur, & à breuioribus, neq; æquè frigidis minus refrigerata noctibus, Arent igitur, ſquallentq; ultra tropicum omnia, & qui illam incolunt homines, colore atro, diſtortisq; cruribus, & ſtupidi, feriniq;, ut non homines, ſed alterius ſpeciei uideri poſſint animalia.*

Cap. 26. 2. de gen. T. 56. *Mirum præterea, ſi accedens generat, corrumpit recedens Sol, multis in multorum generatione opus eſſe acceſſibus, & receſſibus igitur itidem multis, qui iuxta Ariſtotelis placita, acceſſibus contrarÿ, corrumpant horum opera, non conſeruent illa, aut augeant, eòq; etiam magis, quòd recedente Sole, & ſummè etiam remoto, nihilo augeri uidentur illa minus, fortè & magis, innato calore ab ambientis frigore introacto, collectoq; ſibiipſi, & robuſtiore facto.*

T. 57. *Nequaquàm præterea in æquali tempore generatio fieri uidetur, & corruptio, non ſcilicet ſummum adipiſci uigorem animalia, & ad occaſum declinare, quod Ariſtoteli uidetur, neq; enim qui trigeſimum exceſ-*

ſere

ſere homines annum, uires acquirere amplius imagineris ullas, pru= dentiores etiam fieri uidens, et moderatos magis, rerum uſu edoctos, emollitosq́; uel melius etiam intelligentes, quòd imminutus calor non ulterius quaſi præcipites agit, ad occaſum itaq́; declinantis uitæ, ſa= pientiæ uideri queat incrementum, non uigoris aucti. Neq́; igitur formalia rerum principia, nec efficientia rectè indagaſſe uidetur Ariſtotiles, nec primorum corporum aut numerum, aut naturam, nec rectè reliqua ex illis conſtituiſſe.

Agè porrò, quod reliquum eſt, intueamur, num uidelicet caloris expers cælum ſublunaria commouens, cõterensq́;, calorem Ariſtoteli genera re queat, & num non à propria cœlum moueatur ſubſtantia, ſed ab immotis motoribus, licet utrunq́; ſuperfluum uideri queat. Quã= do enim immobili, ſemperq́; immotæ terræ, ſummè mobile, ſemperq́; motum, ſummè contrarium uiſum eſt cælum, longè ſublunari aeri ſi millimum, perpetuo, & ipſi, inceſſantiq́; circulari moto motu, nequa quàm diuerſæ à ſublunaribus uideri poteſt naturæ, nec caloris om= nino incapax, at longè calidiſſimum, quale ipſo apparet ſenſu, & quod igitur propterea moueatur, quòd motus propria ipſius eſt, na turalisq́; operatio, qua & ſeruatur cælum, & oblectatur, & à qua ſi ceſſet unquàm, & eſſe etiam ceſſet, & corrumpatur, ueluti & ignis quiuis. At age tamen, quò Ariſtoteli calorem fieri à cælo placet, exponatur modus, & quo itidem moueri cœlum, fortè enim hac ſaltem ratione uicti, coactiq́; Peripatetici, quòd nimirum niſi à propria agat natura Sol, nequaquàm ſublunaria calefacere queat, ca lorem Soli tandem, propriam tandem reſtituant naturam. Cap. 27.

Calorem, inquit Ariſtoteles, cæli generat, aſtrorumq́; motus, quo ſecum & ignem trahit cælum, & ſupernum etiam aerem, extra montiũ exiſtentem uerticem, ea enim eſt motus uis, ut longè etiam ſolidiſſi ma, & ſummè propria frigida natura, calefiant omnia, & à ualido igneſcant etiam motu, commouens igitur, agitansq́; illos cœlum, ac= Cap. 28. 2. de Cælo T. 42. & 1. Meteor. Cap. 3.

cendit, & non accendit tantùm, ſed diſpartitur etiam, diſgregatq́; & ſegregatas illorum partes ad inferiora ueluti detrudit, ac deiacu-latur, iuxta illorum igitur contactum inferiorem aerem calefieri ma gis, quæ omnia cùm nequaquàm ſatis Ariſtoteli *eſſent, ſemper enim æquè aer, quicunq́; extra montium exiſtit uertices, à cæleſtium trahi tur latione, æquè igitur accendatur ſemper, & ſemper æquè ſegre-getur, demittaturq́;, & æquè igitur inferiorem calefaciat aerem sẽ per; at Sole abſente, eſt ubi rigere uidentur omnia, quæ à præſen te, directo præſertim exuri uidentur, propterea igitur à cæleſtium omnium motu calefieri ſublunaria placet* Ariſtoteli, *ſed longè à So-le magis, non commouente tantùm aerem, ſed conterente etiam, et ob id calefaciente, at non propterea intermedios conteri orbes, ab hu iuſmodi immunes paſſione, non idem autem neq́; à* Lunæ, *neq́; à reli quarum ſtellarum fieri motu, oportet ſiquidem quo aer conteri debet, & uelocem eſſe motum, & minimè remotum, quod utrunq; habet* Sol; *at* Lunæ *uicinæ quidem celeritas deeſt, propinquitas ſtellis ue-lociſſimo delatis motu; Solis præterea corpus non tantùm lunari ma-ius, ſed multò etiam uideri poteſt ſolidius, omnibus igitur aptiſſimum rationibus, quod ſublunarem aerem ualentiſſimè conterat, & cale-faciat igitur ualentiſſimè, quoniam enim, ut dictum eſt, nullus ab uni uerſi cæli motu inferioribus dari uidetur calor, at exuri omnia præſen te* Sole, *directoq;, commouens ignem cælum, accendensq;, & ſegre-gans, & ad inferiora etiam demittens illum, ad calorem generan dum ſufficere* Ariſtoteli *nequaq́; poteſt, eo itaq; opus habet amplius, quod* Soli *ineſt, à reliquo ſeorſum cælo, ſoliditate nimirum, non cõ-mouente tantùm, ſed conterente etiam, itaq; apertè in libris de cælo calorem fieri à* Sole *conterente aſſerit, quod & ſaggittæ etiam in-nuit exemplo, tum in meteoris,* Maximè, *inquit, ſolidi motus aerẽ diſiicit, ſegregatq;, ubiq; igitur ſolidum conterens calorem* Ariſtote li *generat, caloris expers cælum, atq; ipſum iudicanti Solem.*

At,

At, ut id omittatur, quod Ariſtoteli ab Aphrodiſeo obijcitur, cælum nimirum penitus illi alienæ exiſtens, diuerſæq; à ſublunaribus naturæ, nihil itaq; commune ipſis habens nec contingere ipſa poſſe, neq; contingi ab ipſis, tactile enim omne iuxta contrarietatem tale exiſtit, et primum iuxta primas, neq; igitur ſublunaris commoueri ab illo, & neq; conteri poſſe aer, & id itidem quod à Philopono, ſi uidelicet à Sole, ut à ſolido conteratur aer, à ſolido utiq; ut à duro, renitenteq; non ſiquidem ut à triſariam diuiſibili, quale uniuerſum exiſtit cælũ, qualitatibus itaq; à primis emanantibus affectum cælum, nequaquàm diuerſæ à ſublunaribus uideri debere naturæ, quod igitur à propria calefaciat ſubſtantia, non aerem commouens, conterensq;. At, ut omittantur hæc, & dentur Ariſtoteli, contrario itaq; carens cælũ, penitusq; alienæ à ſublunaribus exiſtens naturæ, & ſolidum eſſe, retinensq;, & ſublunaria contingere, & conterere etiam poſſe, Illud certè dari non poteſt, ut ſublunarem conterat aerem Sol, tam longè ab ipſo diſtans, intermedijs orbibus nõ contritis & ipſis, neq; enim uel imaginari queas, quo pacto contritio, paſſio uidelicet penitus corporea, & quæ in nullum agens corpus, nihil ſit omnino, eſſe igitur ceſſet, ubi agere deſiſtit in corpus, à remotiſſimo Sole ad ſublunarem tranſuolaſſet aerem, tot, tanq; uaſtos intermedios nihil afficiens, nihil conterens orbes; nam ſi qualitas aliqua ſit incorporea, poſſit fortè, licet & perobſcurum uideatur, & perdifficile, nec quod torpedinis explicare, & innoteſcere queat exemplo, torpedine ſiquidem in retibus deprehenſa, retia contingentium obſtupeſcũt manus, quòd nimirum qualitate aliqua retia afficit torpedo torporẽ inferre potente torpere etiam potentibus, frigiditatem uidelicet, qua non torpent retia, ueluti neq; dormiunt frigefacta, atq; humefacta etiam, at animalia, & cerebro id perpeſſo tantùm, At eſto, detur & hoc Ariſtoteli, poſſit itaq; incorporea qualitas ad aliquod permeare intermedio non communicata corpori. At penitus corporea,

porea, & id tantum exiſtens contritio; quòd in corpora agit, agere itaq;, ut dictum eſt, in corpus, ceſſans, & eſſe etiam ceſſat, ut à remotiſſimo Sole aeri detur, ipſe itaq; conteratur aer, tot tanq; uaſtis intermedijs nihil contritis orbibus, mirum profectò, & maius, quàm ut humano concipi queat animo, uel igitur & ipſi itidē contererentur intermedij orbes, uel ipſis ſuppoſitus nihil tale perpetiatur aer, at orbes conteri nequaquàm placere Ariſtoteli poterit, reor, à nihil ex ſe cōmoto præſertim Sole, ſed orbi infixo, immerſoq;, & ab orbe delato. At neque uires, & quaſi robur ſuppoſitæ orbis parti ſubminiſtret Sol, quæ igitur reliquis ualentius agat, robuſtiusq;, non propria tantùm agens potentia, & extrema ſui parte, qua aerem contingit, ſed cum uniuerſo ſuperpoſito cælo, & cum maximo igitur, denſiſſimoq; Sole, eius denſitatis quoquo particeps facta pacto, maiore conterat ſuppoſitum aerem ui, ut Auerroi, Ariſtoteli iuramento aſtricto, placet, impoſſibile nimirum iudicanti, aſſerentiq; Auerroi, locali quid ab aliquo moueri motu, intermedio non commoto corpore, nec moueri omnino uolenti aerem, à non contingente ſtella, nequaquàm aere à Sole contrito calorem fieri placere debebat; At Ariſtotelis poſitiones tueri omnino contendenti, id placuiſſe reliquum fuit, Soli uidelicet ſuppoſitam orbis partem, ualentius ſuppoſitum conterere aerem, à ſuperpoſito, ut dictum eſt, Sole quoquo denſiorem factam pacto, minus fortè abſurdum, at abſurdum omnino, primùm enim neq; ſi uniuerſa cæli aerem contingens ſuperficies, ueluti Sol ſolida exiſtat, denſaq;, ſuppoſitum ualentius conterat, ſe ipſa tenuiſſima, neq; enim circulo actum cœlum, nihil itaq; eleuatum, depreſſum nihil, & longè læuiſſima, uniformi, æquabiliq; ſuperfitie, & nihil aeri cedente, longè læuiſſimum ſuppoſitum aerem, ſiquidē commouere, conterere etiam poſſe uideatur ulli, ut conteratur quid, motu opus eſt deprimente, & renitens etiam deprimente, robuſtius itaq;, quod denſius eſt, duriusq; conterat, at neq; tamen immenſa

opus

opus eſt denſitate, duritieq́;, tanta enim tantùm, ut nihil ceſ‑ dat, nihil inflectatur conterens, quod nulla orbis pars a tenuiſſi mo pati aere Peripateticis uidetur, cuius itaq́; ſolidior etiam, duriorq́; pars, nihilo tenuiore, mollioreq́;, at nihil cedente tamen, aut inflexa unquam conterat minus, Tum neq́; ſi detur etiam Auerroi denſio‑ rem orbis partem ualentius ſuppoſitum conterere aerem, declaret pro pterea unq́; ſuppoſitam Soli orbis partem reliquis conterere robuſti‑ us, ueluti à Solis denſitate adiutam, ſi ſiquidem agente ageret cælum qualitate, potentius ipſius pars Soli ſuppoſita ageret, cui nimirum longè denſiori copioſior inexiſtat, & potentior agens qualitas. At commouens, conterensq́; tantùm, nihil commouere, conterere ni hil appareat magis, nihil à ſuppoſito inflexum, paſſum nihil aere, quantumuis magno, & quantumuis denſo ſuperpoſito Sole, at im‑ menſum à commouente, & conterente amotum parte, neq; enim dẽ ſitas, ueluti agens, ſeſe diffundet qualitas, & proxima propria affi ciat natura.

At neq; ſi hæc etiam Ariſtoteli dentur, & id itidem amplius, ipſum nimi rum Solem, & quauis præditum denſitate per aerem quauis ferri uelocitate, propterea calefieri ab ipſius motu oſtendat aerem, longè fugaciſſimum, longèq; mobiliſſimum, nec alicui reſiſtens corpus. Ea ſiquidem tantùm incaleſcere motu, & mutuo atritu uidentur, quæ ſolida exiſtunt, denſaq;, ac dura, nihil igitur ſibi ipſis cedentia, & nihil altero alterius uitante, & fugiente ictum, ſeſe mutuò atte runt, attenuantq;, & accẽdunt, uel intercluſum aerem, neq; elabi potentem, nec illorum alterius ſubire poros. Quò igitur ſolidiora fue rint, denſioraq; & duriora, eò mutuo attritu incaleſcunt magis. At non mobiliſſimus, fugaciſſimuſq; aer, & facillimè corporibus, quæ per ipſum feruntur, cedens omnibus, neq; ullius excipiens ictus, & percuſſiones, ſed effugiens, euitanſq; omnes, qui igitur neq; mor tario incluſus, & contritus quantumuis incaleſcere uidetur unquam, Cap. 30

quem

quem, ſi uera ſit Ariſtotelis ratio, accendi oportebat, atq; igniri, à denſiſſimo, duriſſimoq; corpore contritum ualentiſſimè. Nec uerò ſagittæ per aerem delatæ ab ipſo prius calefacto incendi uideantur, liquariue, ut enim incaleſcat à ſagitta contritus aer, nequaquam ab illa incendatur tamen, nullo in calefacto immorans momento, à proprio igitur calore liqueſit ſagitta, quem à motu aſſumit.

Cap. 31. *At & ſi caleſieri queat à cæleſtium latione contritus aer, à* Luna *cale ſiat magis, quàm à* Sole, *inimaginabile, ut dictũ eſt, ab illo diſtante, & tot tanq; uaſtis intermediis orbibus, qui ne Solis motus ad aerem perducatur, & illum commoueat, impedimento ſunt, neq; enim, ut dictum eſt, imaginari queas, quod motu, non qualitate agit, mouere quid poſſe, non contingens illud, & corpore, quod intermedium eſt, non commoto, nam ut, non æquè ac* Sol, *denſa ſolidaq; ſit* Luna, *cæteris orbium partibus denſior eſt, ſolidiorq;, quæ niſi ſolidæ exiſtãt & ipſæ diſſipentur, diffluantq; à rapidiſſimo illo motu,* Ariſtoteli *certè & ipſæ ſuppoſitum aerem conuellunt, diuelluntq;, & ſegregant,* Luna *igitur, ſi non æquè ac* Sol, *ſolida, denſaq;, ea certè prædita eſt denſitate, qua ſuppoſitum aerem conterere queat ualentiſſimè. Et nec* Ariſtoteli Sole *minus calefacere uidetur* Luna, *quòd* Sole *ſolida minus, minus conterat ualenter, ſed quòd tardiore feratur motu, haud rectè reor, neq; enim ad aerem conterendum* Sole *tardior uideri poteſt* Luna, *quæ parum abeſt, quin primi mobilis curſũ conſequatur, id uidelicet tantùm, quod retro proprio fertur motu, quod ad uniuerſum collatum gyrum, non magni uideri poteſt momenti, nec rationabile eſt, tantum imminui poſſe calorem tarditate hac motus, quantum augeri ſolidi corporis propinquitate, ſiquidem* Sol *à ſublunari aere, quem contingit* Luna, *inimaginabile quid abeſt, ueluti enim haud quaq; uelocius rotam circumuoluere uidetur iumentum, longiſſimæ allegatum trabi, magno itaq; circumuoluens ſpatio, quàm contingens illam, & illi alligatum, longè quidem tardiore ipsũ*

delatum

delatum motu, at totidem tamen, & ſimul conficiens gyros, ſic itidē Sol, nequaquàm propterea, quod in longè maiore delatus orbe, longè maiorem, quàm Luna diurno etiam motu conficit circulum, uelociorem ſublunaribus præbeat motum, tantum enim ſolummodo, ut & ipſe ſublunaris aer diurno feratur motu, ſi quidem hoc, tot intermedijs poteſt orbibus, quod item paulò minus & Luna præſtat, paulò igitur Sole minus celeritatis ratione calefaciat Luna, at longè proximior, longè magis, non ſiquidem celeritate minus calorem facere uicinitas Ariſtoteli uidetur, propterea itaq; aſſerenti, non calefieri inferiora hæc à ſtellarum fixarum motu, quæ plurimæ, maximæq;, & in orbe feruntur longè omnium maximo, motu igitur longè omnium uelociſſimo, quod maximè à ſublunaribus diſtant, At neq; Luna, nec Sol itidem aerem etiam contingens aerem conterere poſſe uideatur, ſuis enim immerſi orbibus, ſuppoſitum, contiguumq; aerem in puncto tantum contingunt, niſi igitur & orbes conterant, nihil per illos moti, at fixi, immerſiq; in illis, & illorum exiſtentes partes, delatiquè ab illis, ſuppoſitum conterere haud queant aerem.

Hæc fortè animaduertens Aphrodiſeus, minimèq; torpedinis exemplo contentus, neq; ijs, quæ ab Ariſtotele accæperat acquieſcere potens, & rei cedens difficultati, Fortè, inquit, neq; impaſſibile omnino diuinum corpus, neq; enim inalterabile ipſum demonſtrauit Ariſtoteles, cum id propoſuiſſet tamen, ſed ingenitum quidem, atq; incorruptibile, & ſimiliter quòd incrementum capere non poſſet, at inalterabile non ſimiliter, & ſolet Ariſtoteles non ſimpliciter impaſſibile diuinū aſſerere corpus, ſed à moleſtia tantùm ad mortem cōpellente, ab huiuſmodi enim paſſionibus impaſſibile eſt cæleſte corpus, & diuinum, ſunt autem huiuſmodi paſſiones, quæ fiunt iuxta mutationē, quæ eſt ſecundum formam; cuius mutationis, & cuius paſſionis immunia ſunt diuina, at non propterea & omnis paſſionis, nā & motus paſſio quædam, quam ſuſcipiunt, quin & ſi alienam lucē Cap. 32.

ſuſcipere paſſio exiſtit, & Luna quid patietur à Sole, illuſtrata ab ipſo, nihil igitur abſurdum, & à Solis motu paſſam cœli partem ipſi proximam, non ita tamen paſſam, ut ſecundum formam, ſpeciemq; immutetur, & igneſcat, per hanc ſubiecto corpori paſſionem ſubminiſtrari, ut & ipſum ingneſcat, cùm præſertim diuinum corpus Soli ſuppoſitum, non ſit æquè purum, ſincerumq;, ut ipſe itidem affirmat Ariſtoteles, tale autem quod exiſtit, à ſe ipſo differt, & reliqua, per quæ uidetur Aphrodiſeus minimè quidem reformidare, cœlum calefieri à Solis motu aſſerere, at illud abhorrere, nè ſcilicet propterea corrumpi ipſum fateri cogatur, corruptiuam nimirum pati paſſionem, at quo à Solis motu calefieri queant orbes pacto, ne imaginari quidem licet, neq; enim ullum ipſius largiri motum uidetur Sol, at neq; ipſos conterere, quos proprio immerſus orbi in puncto contingit tantum, Qui igitur, ſi à Sole calefiant, à propria calefiunt Solis ſubſtantia, non à motu.

Cap. 33. Et ſublunaria amplius, non æquè ſemper calefacta, at longè diuerſiſſimè à ſemper æquè diſtante, & æquè ſemper moto Sole, & æquè igitur conterente ſemper, neq; enim meridianum Solem matutino dixeris, ueſpertinoq; conterere robuſtius, & neq; hyberno æſtiuum, nec directũ obliquo, nullo inter ipſos apparente diſcrimine unquàm, quo ualentius hic conterat, debilius ille, & quod ſi appareat nequaquàm iuxta illud differre uideatur calor, ubi enim celerrimè mouetur Sol, contereret ibi maximè, maximè igitur æquinoctialis, breuiore enim tempore maius fortè diurno conficit ſpatium motu; At tropicum circumuoluens longè apparet ardentiſſimus, non quidem quoniam diutius conterit, neq; enim ubi diutiſſimè, in ſubpolari uidelicet aere, quem plures iam aſſiduè conterit menſes, ardens ibi apparet Sol. At neq; reflecti dixeris contritionem, directam igitur maiore reflexam ui, agere item ualentius, quæ nimirum ſi ad nos deſcendat, ſi ſcilicet hic etiam conteratur aer, ſenſu utiq; percipiatur, neq; enim

S I latere

latere queat, adeò contritus uehementer, adeoq; in terram uehemẽter deiectus, ut ab ipſa itidem reſiliat agitatus, contritusq; etiam magis, oporteret autem, ſi ob reſilientem contritionem maior fit calor. At non diuerſitatis tantùm huius, quæ quidem ſumma exiſtit, rationem aſſignare nullam Peripatetici poſſe uidentur, calorem à Sole aerem conterente fieri aſſerentes, ſed neq; cur montanæ, æditæq; terræ planis, humilibusq; longè appareant frigidiores, ſecus atq; oportebat, proximiores nimirum conterentibus, contritisq; calere magis, nec diſcriminum aliorum mille, quæ ſecus eueniunt omnia, ac contritionis poſtulat ratio. At oportebat omnium, rem præſertim enuntiantibus, non à ſenſu remotam, & ſenſui ignotam, obſcuramq;, ſed contrariam, repugnantemq; ſenſui, omnium uerò pulcherrimè, qui ab ipſo calefieri omnia aſſerunt Sole, & à luce, ab ipſo emanante, quod ipſe manifeſtat ſenſus, ab ipſa igitur non illuſtrata, longè calefiunt minus, neq; enim, ut Aphrodiſeo placet, quoniam alius ab alio calefit aer, continuitate, & contactu, quod igitur obumbrat, continuitatem, & contactum calefacientis impedit aeris, non æquè igitur calefiat aer à ſuperiore, calefactoq; non contactus; nam calefacienti continuus, proximusq;, & contiguus etiam, à Sole non illuſtratus, nequaquam calidus fit tamen, qualis à Sole illuſtratus quicũq;, ualde etiam à calefaciente remotus, extremus itaq; aerij aer, à Sole conſpectus, qui ab ingrediente calefieri uidetur Aphrodiſeo, æquè ingredienti calidus, at ingredienti proximus, contiguusq;, quem igitur calefacienti proximiorem, calefieri oportebat magis, nihil omino, non conſpectus à Sole. Luce igitur agere uidetur Sol, à qua quæ non continguuntur, non æquè calefieri queunt, nam ſi conterens calefiat, conterenti proximiora, aut etiam contritis, calerent magis.

Calida porrò exiſtens lux, ſumma ſummi perfectiq; caloris qualitas, perfectioq;, quocunq; ſibi ipſi unitur modo magis, magis etiam calefacit, unitur autem, & craſſiora permeans corpora, & in ſe ipſam Cap. 34

reſiliens, ea enim eſt lucis uis, atq; actio, ut tenuia quæcunq; nullo permeet temporis momento, propria illa donans, afficiensq; natura, obluctantia nihil, & in illis ſeſe amplificans, & generans, repugnantibus nihil, at ad ſolida delata, non ulterius progrediatur, nec tamen motum ſiſtat ſuum, ſuamq; actionem, efficaciſſima lux, ſed reſiliat inde, & retroflectatur, & ad eos ſemper angulos, quibus ad illa delata eſt, directa igitur incidens, in ſe ipſam retroflectitur, & ueluti conduplicatur, forte & maiore reſilit ui, ui terram feriens maiore, pilæ modo ad perpendiculum deiectæ, quaſi enim, quod percuſſis commune eſt omnibus, terra ictum reddit, quem accepit, accepit autem integrum, ualidumq;, ſiquidem recto opponitur, proprioq; ipſius motui, Nam quæ obliqua cadunt, quaſi igitur aliò tendentia, haud ualidè terram feriunt, neq; igitur referiuntur ualenter, attolluntur itaq;, at non ſtrenuè, neq; contrario, oppoſitoq; motu, & ueluti in ſe ipſa retroacta, ut quæ directa cadunt, à terra repercuſſa ualentiſſimè, ſed in oppoſitam partem, & neq; ad æquales ſemper angulos, ſed ad minores plerumq;, deorſum & propria tendentia grauitate, & inceptum, quo ad inferiora ferebantur, motum, quoquo proſequentia pacto, & lux igitur obliqua incidens, nequaquàm in ſe ipſam reſiliat, ſed diffunditur, diſſipaturq; ad æquales quidem angulos, at ad oppoſitam reflexa partem, nullas igitur reſiliēs ſumens uires, nec tanta forte reflexa ui, directa longe apparet infirmior, languidiorq;. Hyberno igitur æſtiuus Sol, & meredianus matutino, ueſpertinoq;, & obliquo omnino directus, longè apparet ardentior, ad meridiem igitur uſq;quaquè, quàm ad boream incolentibus, quòd directa, ut expoſitum eſt, lux, ualentius, & in ſe ipſam reflectitur, & ueluti conduplicatur. At obliqua, & languidius reſilit, debiliusq;, minimèq; in ſe ipſam, & montanis, æditisq; terris planæ, atq; humiles calidiores, quòd à proximo lux innixu ualentior reſilit, magisq; unita, collectaq;, ad ſuperiora

elata,

elata, & debilitatur, & diffunditur, diſſipaturq́;, Montes itaq́; ualde etiam lati, planiq́; ſuperficiem, frigidiores omnes, qui enim magnus etiam monti imminenti aeri, ab inde reflaxa luce datur calor, imminuitur, atq́; extinguitur à frigidiſſimo montem ambientem aere, ad quem reflexa ab imo lux, longè peruenit languidiſſima, à repercutiente terra remota maximè, maximèq́; per latiſſimum diffuſa aerem, in quò igitur nulla ipſius appareat uis; montanus itaq́; aer omnis uſquequaq́;, at noctu præſertim frigidiſſimus, nam interdiu eſt ubi à proxima adeo calefiat reflexione, ut circumſtantis aeris repellat, ſuperetq́; frigiditatem, quò igitur ſublimior ad quendam uſq́; terminum, eò frigidior, qui ſi à contritione fieret calor, contritus magis, uel contrito proximior, caleret magis.

Aſpeculis ab æſtiuo præſertim illuſtratis Sole, ea lux, atq́; is reſilit calor, quem nullus ſuſtineat, & qui obuia quæq́; exurat, non quidem quòd delatus ad illa aer, reſiliat ab illis contritus etiã magis, nec quòd motum illum ſuum, paſſionemq́; proximo communicet aeri, ueluti & ſonos, non enim ad æquales tantùm reſileret angulos, quaſi igitur per canalem delata contritio, reſileret itidem per canalem, ſed quaq; diffunderetur uerſus, nec temporis momento, & neq́; auctis, at imminutis uiribus, ſed quòd ad ſpeculũ, ad corpus nimirũ delata ſolidũ, densũq́;, & læue, tersũq́;, longè ab illo reſilit potentiſſima, quòd nimirum nihil penetrare, ſubire queat nihil, non igitur ab illius affici opacitate, neq́; debilitari ipſius uis, et neq́; à tumoribus intercipi, obũbrariq;, atq; imminui ullo pacto, ullis, ſed ueluti nouas ſumat uires, et robur nouũ, collecta, unitaq; in illo, & copioſior facta, diffundi, diſſipariq; prohibita, non igitur à quacunq; uel ſuperfitie, uel ſpeciali forma, & neq; æquè ardens uniuerſa, ſed ab incuruo tantùm, rotundoq;, uel ouali, à quali reſiliens in unum, idemq; confluat omnis punctum, ueluti pyramidem conſtituens. Nam non à ſpeculi tantùm centro lucem, in oppoſitam centro flecti partem, ſed ab Cap. 35.

uniuerſo

uniuerſo in illam confluere ſpeculo, & inde manifeſtum fit, quòd ſi ſpeculi centro ceream pilulam opponas, non igitur ab illo reflecti queat lux, ad quod nimirum deferri haud potuit, ab interpoſita re/ iecta pilula, illi tamen oppoſitam pilulæ partem nihilo reliquis lique= fieri uideas minus, quòd uidelicet ex alijs ſpeculi partibus, ad illam re flectatur lux, & multò etiam apertius, clariusq; cartam ſpeculo op ponens, medijs eius partibus, & multis perforatis in locis, ſiquidem à foraminibus uniuerſis parum à ſpeculo amotis egredientem intuea re lucem, ab uniuerſis reſilientem ſpeculi partibus, foraminibus op= poſitis, at quò à ſpeculo amoueas magis, eò à paucioribus aſſiduè, ma gis uidelicet, ſeſe colligente luce, & ab uno tandem uniuerſam, uni uerſa tandem confluente in unum, qui combuſtionis dicitur punctus, quòd ibi exuritur quodcunq; ferè luci exponatur, at non æquè hyber næ, atq; æſtiuæ tamen, quod fieri oportebat, contritione agente So= le, uel luce etiam, non à propria calefaciente ſubſtantia, ſed à refle= xione calefaciendi ſumente uires, ut iunioribus placet Peripateticis, neq; enim hyberna, q̃; æſtiua lux ab incuruo ſpeculo reflectitur di= recta minus, & neq; ueſpertina, aut matutina, quàm meridiana.

At à propria agens natura, propriaq; ſubſtantia lux, longè frigi= diſſimum permeans aerem, debilitatur, atq; imminuitur, non itaq; ijſdem prædita apparet uiribus, quæ ſi reflexione calefaciat, æquè hyæme, atq; æſtate à ſpeculo directa reflexa, æque itidem calefaci= at, neq; enim modicus ille obſiſtat aer, qui inter cõbuſtionis punctũ, ſpeculumq; fit medius, qui à reflexione ſi non ſtatim, nulloq; momen to, paulò poſt calefiat omnino.

Cap. 36. *At non à ſpeculis reflexa tantùm exurere uidetur lux, quòd ſibi ipſi unitur, ſed permeans etiam illa, aut aquam, quòd nimirum ea eſt lu cis natura, ut per aerem ad aquam delata, à tenuiore uidelicet ad craſſius medium, non directa feratur amplius, ſed inflectatur, ueluti ab illius denſitate uicta, inclinataq;, ſi itaq; uacuum ita luci expona=*

tur

tur uas, ut nequaquàm ad illius fundum deferri queat lux, non igi- tur uniuerſum illuſtrari uideas, aqua impoſita multò deſcendet lux magis, quòd uidelicet ab aere ad aquã delata, quaſi deuicta à craſſio ri corpore ipſius ui, ac robore, inflectitur lux, ad inferiores itaq; ua ſis deſcendit partes Per *aerem igitur ad aquam, & ad ſpeculum de latu rotundum, à denſiore inflexa re, in unum coit tandem uniuerſa, longè itaq; ibi ardentiſſima; conuexum autem oportet ſit uas aquam continens, & ſpeculum itidem, quòd tale lucem recipit, & tranſmit tit igitur copioſiorem, & in unum tranſmittit punctum, nec tamen ſphærica omnino conſtituuntur ſpecula hæc, è quibus uix penè trãſ miſſa coieret lux, at leniter conuexa, ut longius ab ipſis porrecta lux, maiore afficiat intuẽtes admiratione.* E *quibus id uidere* A*phro diſeus poteſt, cur uidelicet uitrum, & aquam permeans lux, debili- ter calefacit illa, at ualentiſſimè quæ attingit elapſa ex illis.* E*t id amplius* P*eripatetici omnes, luce ſcilicet agere* S*olẽ, nõ contritione, et propterea calefacere lucem, quòd calida ipſa exiſtit, magis calefaci- ens, unita magis, ſiquidem contritio, ſi quidem aquam, ſpeculaq; per- tranſeat, quod nullus* A*riſtoteli credat, reor, longè pertranſeat lan- guidiſſima.* A*t neq; iuniores* P*eripatetici, quò aquam, ſpeculumq; pertranſiens lux tantas ſumat uires, declarent unquàm, proprias non ~~deffedentes~~ poſitiones.* deſerentes

Q*ui tamen nuſq; luce itidem, aut radijs agere* S*olem placuiſſe dicant* Cap. 37. A*riſtoteli, id etiam innuenti interdum, is enim ipſius eſt mos, ut pro prijs tantum in locis iuxta propriam loquatur ſententiam, in illis itaq; uidere eſt ſolis, quo ſingula fieri* A*riſtoteli uideatur pacto, in alijs iuxta communẽ ut plerumq; loquuto opinionem;* V*bi itaq; quo modo uiſio fiat, tractat, edocetq;, rerum imaginibus ad uiſum delatis fieri illam demonſtrat, enuntiatq;, at alibi, eſt ubi ad uiſilia deferri uiſum ſupponit, & cauſam aſſignans, cur non iuxta terram, at in ſublimi fiunt pluuiæ,* Q*uoniam, inquit, à reflexis calefit radijs, qui iuxta, ter*

ram

ram eſt locus, qui ad ſuperiora elati diffunduntur, At radios eſſe tenuiſſimorum uidelicet corpuſculorum à Sole emanantium confluxũ, nequaquàm Ariſtoteli placet, & neq; placere poteſt, neq; enim Soli ſimile corpus, uel è Sole Ariſtoteli egrediatur, uel orbes pertranſiens omnes, & aerem uniuerſum ad Terram uſq; deferatur, neq; æqualis fiat calor, non uniuerſum ſimul occupantibus aerem, cuius igitur partes radijs proximiores longè calerent magis, Mirum præterea ſi lucidi exiſtentes ipſi à Sole ſeparati nullo luceant momento, at èt momento nullo generari ipſos oportet, nullo reſtitutos momẽto, quod oppoſitum eſt, amoto, neq; eſt quod amplius reijciam illos, ſatis à Peripateticorum multis, & ab ipſo præſertim reiectos Aphrodiſeo; Et cauſam aſſignas Ariſtoteles, cur in Lunæ defectibus terræ motus fiant, Vbi, inquit, non multum abeſt quin Solis lumine ſit priuata luna, & propterea lucem nequeat, & calorem, quem à Sole accipiebat, aeri communicare, refrigeratur circa terram locus, ſpiritus itaq;, qui è terra egrediebatur, recedit, rurſusq; terram ſubit, cõcluſus igitur terram concutit, At Ariſtoteli, ut uiſum eſt, nec Luna, nec quod inter ipſam, Solemq; eſt corpus, calorem ſuſcipere ullum placet, & id itaq; Aphrodiſeus inquirit, quo fieri queat pacto, motu tantum calefaciente Sole, & paſſionis huiuſmodi impaſſibili exiſtente Luna, & talia mille. Neq; igitur ſi uel iuxta uulgus hominum loquutus, uel ab ipſa coactus re, noctes in plenilunio tepidiores eſſe aſſerit, propter Solis lucem a Lunæ corpore, ueluti à ſpeculo reflexam, aut aliud tale quid, propterea luce calefacere Solem placuiſſe dicãt Ariſtoteli, qui in libris de cælo, & in Meteoris, quomodo Sol calorem faciat, inquirens, tractansq; à ſolo illam gènerat Solis motu, & contritione ſola, nulla uſus lucis opera, & neq; uti potens. Neq; enim ſi luce calefiat Sol, uel lucem, quod iuniores faciunt Peripatetici, calidam per negare audeat Ariſtoteles, aut ipsũ, à quo Lux emanat, Solem, reformidandum itaq; Ariſtoteli fuit luce

agere

agere uideri Solem, neq; hoc tantùm, ſed propriam eſſe Solis lucem, quæ nimirum, à ſummo, ut declaratum eſt, genita calore, & à calore ſeparari impotens, nuſq; igitur uera quæ exiſtit, ſummaq;, at in ſolo conſpecta igne, Solis uiſa propria, calidum manifeſtè, atq; igneum indicet Solem, & reformidaſſe omnino uidetur, ueluti igitur hæc obÿcienti reſpondens, Lux *itidem, inquit, in aere fit à Solis motu cõtrito, ueluti & calor, id obiter innuens, nequaquàm ſcilicet igneum exiſtere Solem, lucere etiam uiſum, & luce calefacere, neq; enim propriam eſſe Solis lucem, ſed & ipſam à Solis motu fieri, ueluti & calor, adeò poſitionis tenax* Ariſtotiles, *ut neq; ipſi credibilem re-or, proferre haud reformidarit rem, modò nè ex illa deturbetur, deÿciaturq;.* 2. de Cœlo T. 41.

Luce *quidem agere Solem, nullus ſibi unq; dixit* Ariſtoteles, *ubi oportebat maximè, antiquiorum itaq;* Peripateticorum *nullus, quo calor pacto à Sole iuxta Ariſtotelem fiat, inquirens, declaransq;, lucis meminit unq;, at omnes à ſolo aſſerunt fieri Solis motu, & contritione ſola, &* Aphrodiſeus *ipſe imprimis, anxiè itaq;, ut uiſum eſt, inquirit cauſam, cur non æquè calefiunt, quæ à Sole non illuſtrantur, ac quæ illuſtrantur, quæ, ſi luce itidem agere uiſus Ariſtoteli fuiſſet* Sol, *longè abſurdiſſima uideri poſſit inquiſitio, iunioribus poſtea, et ipſi præſertim* Auerroi *in ÿs, quæ ab* Aphrodiſeo *allata fuerant, ac quieſcere haud potenti, nec ullam aſſignare cauſam, cur à Sole nõ cõſpecta loca, longè calerent minus, quæ omnia æquè calere oportebat, æquè uniuerſo contrito aere, & directum intuenti magis calefacere Solem, luce itidem agere uiſus eſt Sol, quæ nimirum, & manifeſtè calefacit, & in ſe ipſam reflexa, & ueluti conduplicata calefacit magis, at quæ è Sole emanans non calido, nequaquàm & ipſa exiſtat calida, neq; igitur per ſe, & à propria calefaciat ſubſtãtia, ſed ueluti, inquit, calorem generat motus, neq; ipſe calidus, ſed ut calidi corporis conſeruatio, & perfectio, ſummam itaq; adipiſci-* Cap. 38. 2. de Cœlo Cap. 41.

tur perſectionem commotus, agitatusq; ignis, extinguitur non commotus, ſic itidem & lux, ignei corporis exiſtens perfectio, & ipſa itidem calefacere eſt potens. Reliqui *non hoc tantùm, ſed illud inſuper, lucem nimirum nequaquàm propria calidam natura, non itáq; accedentem calefacere, ſed à reflexione calefaciendi ſumere uires, ueluti à reflexione irritatam illud alij, tenuitate uidelicet donari à luce aerem, & propterea etiam calore, ſiquidem tenuitas proprium caloris ſubiectum, ubi ſit, calor etiam ſiat oportet, non hoc alij, ſed tenuiorem, ampliorémq; ſactum aerem, non igitur in proprio cõtineri potentem loco, uarijs, mirificisq; moueri modis, maiore indigẽtem, & quærentem maiorem locum, & propterea calefieri, & accendi etiam, ad ſolida delatum, impactumq;, & reſilientem ab illis, commotum, agitatumq; amplius, poſtremi nullum reor dictorum probantes modum, & meliorem ipſi inuenire deſperantes, id tantùm, eam ſcilicet eſſe lucis naturam, ut non calida ipſa, à reflexione calefaciendi aſſumat uires.* Nullus, *quod facere optimè poterant, Ariſtoteli iuramento obſtricti, & nihil, quod Ariſtoteles protulit, uel ſummè ſenſui repugnans pernegare audentes, & non ea accipientes fide, ac ſi ex ipſius eſſent naturæ ore prolata, lucem aere & ipſam fieri dixit à Solis motu contrito, quæ itáq; calefaciens, & calida omnino exiſtens, haud calidum indicet Solem, nequaquàm ab ipſo emanans, & nequaquàm Solis propria, ſiue id obiter ab Ariſtotele dictum non animaduertentes, ſeu ueriti rem proferre, qua nullam credibilem minus imaginari queat quis.* Per *ſe quidem, & Auerrois abſurda appareat, & aliorum poſitio, at age tamen examinentur ſingulæ.*

Cap. 39. Non *quidem non calida ſit, calorem faciens lux, quòd illum, ut corporis ignei perfectio facit, ueluti & motus, nequaquam ipſe calidus, non ſiquidem eadem ignei corporis perfectio apparet lux, quæ et motus, qui manifeſtè caloris exiſtens operatio, ſeiungi ab illo non*

poteſt,

poteſt, neq; ab alia omnino ædi poſſe uidetur ſubſtantia, quæcunq; igitur commouentur caloris ædentes operationem, caloris naturam aſſumant neceſſe eſt, ut eſt ſæpius declaratum, qui igitur nequaqùam calidus ipſe calorem gèneret tamen, quo expoſitum eſt modo, & corpori tantum quod mouetur, nullius ipſe calidi corporis exiſtens quid, at non lux propria ignei corporis affectio, & ab ipſo emanãs igne, & quæ calor omnino, ut expoſitũ eſt, uideri queat, nõ quidẽ quiuis, at ſummus tantùm, & in tenuitate magna. propterea igitur perfectio, quòd ſummum inſequitur calorem, & in proprio exiſtentem ſubiecto, maxime igitur igni unita, ſi non ignis ipſa, & ſummè uel remotiſſima quæq; calefaciens, nulli non calida ipſa uideri queat, ueluti igitur à re ipſa tandem, & ab ipſa admonitus, coactusq; Auerrois *ueritate,* Aut *erit, inquit, cauſa conſimilis, ſimilis uidelicet rei genitæ, effectæq;, & per ſe calefaciet nimirum lux, quòd calida ipſa exiſtit, neq; enim remotum eſt, inquit, ut forma iſta calor ſcilicet, luci copuletur, reflectatur igitur cum luce, & cum luce abſcindatur, licet enim neutra exiſtant cæleſtia corpora, quatenus tamen corpora cum elementis communia habent quædam, tranſpicuitatem uidelicet, atq; illuminationem, & obſcuritatem itidem,* Ariſtoteles *itaq; in libris de animalibus* Lunæ *naturam terræ naturæ ſimilem eſſe, aſſerit, propter* Lunæ *obſcuritatem, luminoſa igitur, inquit* Auerrois, *pars orbis ignis naturæ exiſtit ſimilis, idq; antiquorum etiam cõprobat teſtimonio, qui ſtellarum operationem conſiderantes, calorem nonnullis attribuere, & ſiccitatem; inuitus quidem, & à re, ut dictũ eſt, coactus tandem, ipſe itidem* Auerrois *ſtellas igneæ aſſerit naturæ, at* Ariſtoteli *iuramento aſtrictus, nequaquàm libero, & aperto id proferre audet ore, ueluti igitur muſſitans, nimis omnino poſitionis tenax* Auerrois, *qui motum calidi corporis perfectionem aſſerens, ignem itaq; à motu perfici, extingui ab immobilitate; & lucẽ itidem corporis ignei perfectionem, cælum intuens motu circumagi,*

perpetuo, perrenniq́ꝫ, & longè lucidiſſimas, denſiores quidem illius partes, at quæ non diuerſæ à reliquis uideri queant naturæ, non igne um enuntiare audeat cælum, & illud inſuper, ſublunarem uidelicet aerem à ſumma conſtitutum caliditate, non proprio deferri motu, ſed propria natura in proprio loco immobilem à cæli circum uolui motu.

Cap. 40. *At reliqui Auerroe etiam deteriores, & qui manifeſtè poſitionis tuendæ, non ueritatis inquirendæ ſtudio ferri uideantur. Non itaq; cur ſtupida lux à reflexione irritetur, aut cur irritata calefaciendi, quas non habet, aſſumat uires, declarent unq̄ꝫ, at neq; quo attenuet lux pacto, Ariſtoteli imprimis, & omnibus incorporea uiſa Peripateticis, & quæ ſi aerem calefaciat, accendatq́ꝫ, diuerberans illum, conterensq;, non corporea ſit oportet tantùm, at longè etiam ſolidiſſima, qualis nequaquàm contactus latere queat, Incorporea porrò lux, ſi tenuitatem facere Peripateticis uidetur, non alia à primis quatuor uideri poteſt qualitatibus, qualitates omnes, & ipſam imprimis tenuitatem, ab illis manare, & conſtitui ab illis manifeſtè aſſerente Ariſtotele, neq; hoc tantùm, ut declaratum eſt, ſed proprium eſſe caloris opus, proprium ſibi concinnãtis ſubiectum, ſi itaq; attenuare uidetur lux, calida uideatur neceſſe eſt, & propterea attenuare, quòd calida eſt, non calefacere quod tenuitatem faciat, neq; enim à ſecunda prima conſtituatur Peripateticis qualitas, nec à ſubiecto omnino forma, quæ ſi parato, diſpoſitoq; ſubiecto ſtatim aduenire, nulloq; uidetur momento, propterea aduenit, quòd forma adeſt, quæ ſubiectũ ſibi comparauit, neq; enim aliud, at ipſa tantum ſibi ſubiectum conſtituat forma, & nequaquàm ubi ſumma adeſt tenuitas, ſummus ibi adeſt calor. Non igitur nec ſublunaris aer, neq; ipſi ualenter calefacere cæleſtes uidentur orbes, à ſummo omnes conſtituti calore, quòd in longè tenuiſſimis nequaquàm multus colligi queat calor. Noſter quidem quò tenuior, eo etiam frigidior apparet aer, languidiſſimæ*

diſſimæ,quæ tenuiſſimæ exiſtunt flammæ, at longè ardentiſſima Solis lux, per aerem delata craſſiorem, uaporesq;, & per ipſas etiã nubes, ſi igitur nihil aliud aeri præbeat lux, at tenuitate illum modò donet, nequaquàm caliditate donet ulla; ſed innatum magis, propri umq; aeris calorem, imminuat etiam,in maius diffundens ſpatium. Mirum præterea adeò aeris portionem quamuis, nullo attenuari tẽ poris momento, et tantum à tenuitate calorem aſſumere, momento enim nullo non quæuis admiſſa lux,at exoriens etiam uix conſpectus calefacere uidetur Sol, momento itaq; temporis aer uniuerſus, qui in ter nos, Solemq; exiſtit medius à luce attenuatur,et calefit à tenuita te, res non mira modò, at quæ humano concipi haud queat animo. At, & æquè æſtiuæ directa à montibus Soli oppoſitis, & multo à ſpeculis magis, hyberna reſiliens lux, & æquè igitur in ſe ipſum collecta, æquè æſtiuæ attenuet, & ſi attenuans calefacit,æquè æſti uæ calefaciat, neq; enim illius imminuat uim, modicus ille aer, qui ſi non ſtatim at paulò poſt, ab in ſe ipſam reflexa luce ſumma detur te nuitate, accendatur itaq; & ipſe.

Incommoda hæc omnia, & illa itidem ſubire uidentur, qui non à tenui tate à luce aeri data calefieri aerem uolunt,ſed à motu,quo differtur, agitaturq; attenuatus aer, ampliorem quærens locum, illud uitantes modò,quòd non à tenuitate calorem generant,ſed à motu, qui uerè calorem efficere eſt potens, at hoc effugientes malum, alia propria habent, nequaquàm reor minora, primùm enim nusquàm ſatis decla rent reor, cur non illuſtrata minus calefiunt loca, ſi ſiquidem à luce amplificatus aer commouetur, diffunditurq;, & propterea calefit, æquè uniuerſus calefiat oportet, & nihil non illuſtratus, quam à lu ce conſpectus minus, nõ ſiquidem amplificatus à luce aer,& maiorẽ quærens locum,in ſe ipſum modò,at quaq; comouetur uerſus; Tum lu cem neceſſariò calorem ſuſcipere,& calidam fieri fateantur neceſſe eſt, à luce aquam, & ſolidiſſima ſpecula permeante, & exiguum Cap. 41.

quod,

quod, à ſpèculis progreſſa, quodcunq; exponatur, comburi intuentes, neq; enim uel ſpecula, uel aquam, id etiam innuentes, adeò à luce attenuari, commoueriq;, & calefieri credant à motu, ut ipſa ignis aſſumant uires, & externo illas communicent, at neq; exiguus ille aer, qui rei, quæ accenditur, atq; aquæ, aut ſpeculi ſit medius, ſi quidem attenuatus à luce, & propterea commotus, in ſolidum certè impactus nullum, & qui proprio non contentus loco, quaquè diffundi poteſt uerſus, adeò calefiat à motu, ut nullo exurat igne minus; Nullo præterea intermedio aere, omnia exurere ſatis ipſa appareat aqua, & ſpecula ipſa ſatis, ſi illorum forma protrahatur quid, ad illum nimirum punctum, in quem, ut expoſitum eſt, inflexa confluit omnis lux, nihil etiam ipſa aut inſenſibile quid calefacta, quòd nimirum nō collecta aquam, ſpeculaq; permeat lux, per tota illa diffuſa, at paulùm quid progreſſa, ſibi coit uniuerſa, à denſiore, ut dictum eſt, inflexa corpore, ibi igitur tantùm, quodcunq; attingit exurit lux, alijs in locis quibuſuis ſpeculo etiam proximioribus, & nihil quod uidere queas à luce illuſtratis minus, multò languidior, ut manifeſtiſſimè patere queat, propterea calefacere lucem, quòd calida ipſa exiſtit ubi magis colligitur, calefaciens etiam magis, quæ ſi aerem attenuans, commouensq; calefaciat, non illuſtratum modò omnem æquè calefaciat, ſed uniuerſum, lucido præſertim contiguum, proximumq;, qui caloris nullius fieri uidetur particeps, aerem cōtingens à reflexa ſummè calefactum, atq; adeò accenſum luce. At & illud addere liceat, ſi ab huiuſmodi motu incaleſcat aer, nequaquàm nos latere illum poſſe.

Cap 24. Nusq; igitur ſatis Peripatetici declarent, quo pacto calorem generet nō propria calida lux natura, ſed aerem attenuans, commouensq;, at ferendi omnino, rationem afferentes aliquam, non illi certè, qui huiuſmodi aſſerunt eſſe lucis naturam, ut non calida ipſa exiſtens, nō igitur accedens calefaciat, à reflexione calefaciendi, aſſumat uires,

primùm

primùm enim minus quidem, at calefacere omnino accedens uidetur lux, momento itaq; nullo conſpecta, aut admiſſa calefacit nos, tum reddenda omnino eſt ratio, cur non accedens, at reſiliens tantum calefacere eſt potens, neq; enim aliud ab accedente reflexa habet amplius, niſi quòd robuſtior facta eſt, ſibi ipſi collecta magis, & ueluti duplicata, propriæ igitur auctæ uires, non alienæ aſſumptæ, quæ igitur ſi accedens non calefacit, ſimplexq́;, neq; reſiliens calefaciat, & ueluti duplex facta, uel igitur à reflexione oſtendant lucem oportet quid aſsumere, & calefacere illud potens, uel calidam fateantur lucem, quæ reflexa calefacit magis, quòd ſibi unitur magis, non igitur quocunq; reflexa pacto, at in ſe ipſam modò, & non reflexa tantùm, ſed quocunq; ſibi unita, collectaq; pacto, ualentior fit, & calefacit robuſtius, craſſiorem igitur, ut dictum eſt, permeans aerem, & per nubes delata, & per aquas, & per longè ſolidiſſima ſpecula, longè fit robuſtiſſima, & non a Sole emanans tantum, ſed & ignea itidem, quæ & ipſa ſpecula quædam permeans, uires ſumere uidetur & ipſa, collecta, unitaq́; in illis, à qua igitur Solaris differre uideatur nihil, eadem operata, paſsa eadem. Lucem porrò, non aere fieri à Solis motu contrito, ſed ab ipſo emanare Sole, & Solis eſse propriam, ueluti ignis, nequaquàm declarari oportere arbitror, neq́; enim ulli creditum reor, & neq; Ariſtoteli ipſi, at effictum, prolatumq́; Soli calorem attribuere reformidanti, at ſi hoc quoq́; declarandum uidetur, inde manifeſtari poteſt, quòd ubi propè adeſt, ut Lunæ immineat Sol, quæ illius lucet pars, nequaquàm luce lucere poteſt, in aere à Solis motu contrito facta, qui nimirum nullus ibi inter Solem, Lunamq; fit medius, ea præterea tantum Lunæ illuſtrari uidetur pars, quæ & à Sole conſpici, at uniuerſam oportebat ſemper, ſi à luce illuſtretur in aere facta, non ab ipſo emanante Sole. Ab ipſo itaq; emanat Sole lux, & propria calida exiſtit natura, & calefacit igitur quæcunq; quouis attingit modo.

Calidus

Cap. 43. Calidus igitur propria natura Sol, et reliquæ itē ſtellæ, atq; uniuerſū cælū, eiuſdē naturæ uniuerſū, atq; eiuſdē ſubſtātiæ, et raritate tātū, dēſitateq;, à ſe ipſo differens, et ſacræ illud diuinæ teſtari uidētur literæ. Itaq; & ἐμπύριον ſupremum appellant cælum, & igneos Dei glorioſi miniſtros, & Deum ipſum ex ignea columna Moyſin alloquutum teſtantur, ueluti è propria ipſius ſede, è proprio ipſius domicilio. At longè reliquis orbium partibus calidior Sol, quòd ex illis ueluti in ſe ipſos ſpiſſatis, collectisq; conſtitutus ſit, in quo igitur copioſior ſit collectus calor, neq; enim in craſſitiem acta tenuitas ullā, quæ incluſum calorem ueluti ſuffocet, & quam ferre haud queat calor, ſed, ut dictum eſt, ueluti in ſe ipſam conglobata tantùm, neq; adeò tamen, ut auerſetur ipſam inexiſtens calor, & neq; explicare etiā curet, non in craſſitiem actam, at in conglobata, conſpiſſataq; ſe ipſum fouens magis, qui ſi proprium ſeparetur, diſtrahaturq; ſubiectū, & ipſe à ſe ipſo ſeparetur, diſtrahaturq; calor, Solis itaq; & ſtellarum reliquarum corpus non alio calore, quam orbes reliqui, neq; alia datum uideatur tenuitate, at id tantùm ab illis differens, quòd ex illis conſtitutum ſit in ſe ipſos actis, & conſpiſſatis quid, nec tamen craſſis factis, quod igitur tenue minus, & multò appareat calidius, et multò etiam lucidius, calore in ipſo collecto copioſiore, & reliquis itidem ſtellis Sol ipſe, quòd illis etiam ſolidior fortè Sol, multò certe omnibus maior, & multò magnis proximior. Ea igitur datus ſolidita te uidetur Sol, in qua plurimus colligi calor, & quam ferre queat ſummus, & in qua ſumma, puraq; lucere queat lux, quæ & ipſa, ut expoſitum eſt, à craſſitie obſcuratur, uel fœdatur, cum tenuitate ſumma languet, ueluti & calor, à calore emanans, & conſtituta à calore, & propria ſummi, perfectiq; caloris affectio. Qui igitur ſi ſpiſſetur etiam quid, ſi non ſuffocetur calor, atq; imminuatur, lux certè fœdetur quid, & pro alba punicea fiat, ſi explicetur, & ueluti à ſe ipſo ſegregetur, & calor langueat, & lux, huiuſmodi,

itaq;

itaq; ab uniuerſi conditore factus uidetur Sol, ut ſummus in eo calor, & ſumma, puriſſimaq; uigeat lux, qua & illuſtret, & uiuificet etiam omnia, neq; aliud quid ab homine inquirendum ulterius, cuius cognitio omnis à ſenſu pendet, cæleſtium autem nihil ſub ſenſum cadit præter ſtellarum motum, coloremq; lucidum, ſplendidumq;, è quibus & orbes eſſe ~~vati~~cinamur, ſi ſiquidem per ſe moueantur ſtellæ, rationabile uidetur eoſdem circa terram conficere omnes circulos, ut circa proprium circulorum centrum, quod quia non apparet, cæleſti ratiocinamur affixas corpori. At licet denſus appareat Sol, non tamen non ex ſolo componi uideri debet igne, ſed è terra etiã, à qua τὸ ἀντιτυπὲς habeat, ut Timæo conterraneo noſtro, Plato niq; placet, nam & aer in utre collectus habet, τὸ ἀντιτυπὲς, at non propterea terram illi commixtam dixerit quis, & abſurdum omnino uidetur, ut cætera in præſentia ſilentio prætercantur, non aſſignare ſingulis primis naturalibus corporibus, ſingula propria loca, & non ipſorum ſeorſum ponere uniuerſitates, quando & diuerſa, & contraria inter ſe penitus prima uidentur corpora, & ſingula ſua propria appetere loca, propriamq; uniuerſitatem, ad eandemq; maximo impetu ſponte ſua ferri, & quando, ut ipſi etiam uidetur Platoni, diuerſæ ſunt ignis, terræq; operationes, ueluti & ſubſtantiæ, ſummus illius motus, ſumma huius immobilitas, infeliciſſimè igni iuncta eſſet terra illa nobiliſſima, perenni, uelociſſimoq; cum illo mota motu, perpetuò itaq; alienã, atq; adeò contrariã operata operationem; Sed ad Solem redeamus, cælumq;, dabitur enim commodior fortè occaſio, ut quæ ab ills dicuntur, examinentur deligentius.

ratio

Quoniam igitur ſnmmè calidum exiſtit cælum, propterea ſummè eſt mobile, & ſublunaris item aer, quoniam & ipſe ſummè eſt calidus, propterea motu & ipſe gaudet perrenni, & motu conſeruatur, propria enim calidi operatio motus, calida oblectat, conſeruatq;, & ſeperari non uult à calidis, quæ igitur calida non ſunt, calore do-

nat, à propria itaq; dimouet natura, corrumpitq;, ſolus motu ſeruatur ignis, & ueluti uiuificatur, corrumpuntur cætera omnia, & igneſcunt etiam à ualido, diuturnoq; motu, at neq; alienam cælum operetur operationem, quam ens nullum, niſi ui, & coactum, à qua nimirum ſummum patitur malum, à propria uidelicet receſſum natura, corruptionemq;, atq; interitum, at cælo quis uim inferet, quis immutabit, aut interemet cælum? quoniam igitur aſſiduè moueri uidetur cælum, minimeq; à motu defatigari, aut immutari unq̃;, aut ceſſare omnino, propria cæli operatio uideri debet motus, & ipſum igitur igneum.

Cap 44. At obijciet fortè quis, ſi propterea mouetur, quod calidum exiſtit cælũ, caloris autem propria operatio exiſtit motus, & quòd motu oblectatur, & ſeruatur calor, calidiſſimis orbium partibus, celerrimum cõuenire motum, Soli igitur, ſtellisq;. Et uniuerſum inſuper æquè calidum cælum, eodem deferri oportere motu, non has eiuſdem etiam orbis partes uelociſſimo, tardiſſimo illas, penè & immobiles eſſe, polo nimirum proximas, & polum ipſum. Horum reor, taliumq;, haud permagnum ſit rationem aſſignare, at neq; illud unq̃; profitear tamen, cæleſtia uidelicet omnia, aut pleraq; eſſe nobis nota, aut multa, diuina conſtituta ſapientia, & longiſſimè à ſenſu amota, cæli nos naturam, ſubſtantiamq; in Sole inſpexiſſe contenti, quæ ſeſe ipſa nobis manifeſtauit, ſentiendamq; præbuit apertiſſimè, & eius operationem, & ipſam ſenſu percæptam, & propriæ conformem naturæ, & pauca quædam talia, cætera quæ longe ſuperſunt plurima, & longè ſcitu digniſſima, ne inquirenda quidem uidentur, ut quæ homini innoteſcere nullo queant pacto; at ad inſtitutum redeamus, & horum quamlibet cauſam aſſignemus. Calidiſſimus fortè primus orbis uelociſſimo itaq; defertur motu, inferiorũ nullus æquè uelox, quod nec æquè fortè calidus, nec ipsũ calidiſſimũ Solẽ deferẽs, neq; enim ſi illi infixus eſt Sol, nulla exiſtẽs illius pars illius ĩmutet, aut

immutare

imutare uelit motum, ſatis ab orbis ſeruatus, oblectatusq; motu; at forte non orbi infixus immobilis ipſe, at in illo circumuoluitur Sol, propriusq; eſt is Solis motus, quo longe uelociſſimo, & oriens circum uolui uidetur, & occidens, & meridianus interdum, aere uaporibus oppleto, non igitur uiſum ualenter feriente Sole, & ſeſe conſpici non ſinente, non circumuoluitur autem Luna, nuſq; igitur denſiores illius partes, quæ uirginis faciem figurare uidentur, ſitum immutare apparent, forte enim, neq; ſtella eſt Luna, ſed denſior orbis pars, quæ igitur non propria ui, propriaq; luceat natura, haud quaquam ea data denſitate, in qua lucem faciens colligi queat calor, at quæ tantum Solis lucem remittere, quod nubes præſtat in qua παρήλιος conſtituitur, & Solis demere aſpectum queat, quod tenuiſſimi etiam poſſe uidentur uapores, ſtellæ reliquæ, ſi non & ipſæ Solis lucent luce, & uelocius moueri appetunt, calidiores exiſtentes, & uelociore opus habent motu, in proprijs & ipſæ circum uoluuntur orbibus, ueluti & Sol; Polis proximæ partes non uſque quaque immobiles, non proprio tantum circumuolutæ motu, ſed a primo etiam delatæ, circumactæque omnes, non reliquæ igitur tantum moueri uideantur orbium partes, ſed ipſi etiam reliquorum orbium poli, id itaq; amplius diuerſa præſtet polorum poſitio, quod & polos ipſos, & proximas polis partes uelociore, quam proprius eſt, opus habentes, uelociore commouet motu. At neq; primi forte penitus exiſtunt immobiles, ſed & ipſi huc illuc aguntur, quid enim non & primo is etiam, uel illi ſimilis aſſignari queat motus, qui nuper in ſtellato eſt depræhenſus cælo, trepidationis ab eius inuentoribus dictus, quod nimirum & non circulo ferri uidetur ſtellatus orbis, ſed in hanc modo, modo in illam, trepidantium more, agi partē. Sphærico certe exiſtente cælo, & circulari circumuoluto motu, quale eſſe, & quo moueri oportuit pacto, nec æque omnes ipſius moueri queant partes, & neq; forte neceſſe ſit; illum certe omnibus datū

eſſe motum, quo opus habent, dubitandum haud quaquam uidetur, At quo ſit illud factum pacto, homini haud inquirendum, ut quòd nulla innoteſcere queat ratione, nequaquàm, ut dictum eſt, uel cæli conſtitutionem, uel illius omnes intuito motus, Nequè hoc nobis quàm Peripateticis dicendum magis, neq́; enim negare aut queant, aut uelint, propterea moueri cælum, quod proprius ſit, naturalisq́; cælo motus, & quòd motu proprium conſequitur bonum, & deniq́; quòd ſeruatur motu, ſimilare igitur & ipſis exiſtens ſtellis carens cælum, & eiuſdèm naturæ uniuerſum, uniuerſum quod ſtellis caret, eadem uelocitate, & iiſdem deferri oportet motibus, denſiores ſtellas, in quibus igitur copioſior cæleſtis collecta ſit natura, quæcunq́; exiſtat illa, longè uelocius, uel ſi libet pigrius, non æquè cælo puras, ſincerasq́;.

Cap. 45. Circulari porrò mouetur cælum motu, quoniam is ſphærico eſt, æternoq́; atq́; immutabili, & diuino conuenientiſſimus corpori, quippe qui ſolus æternus, regularisq́;, atq́; idem penitus, & in ſe ipſo eſſe poſſit, nihil itaq́; extraneum ſectari uideatur, ſe ipſo contentus, tum neceſſarius etiam terræ in ipſius medio, ſtabili exiſtente, atq́; immota, cui proximius fieri parte ulla haud uult cælum. Non igitur, ut intellectum imitetur qui circulo intelligit, qui ſi unum, atq́; idem perpetuò intelligit, ſe ipſum ſcilicet, ut Peripateticis placet, nequaquàm circulo, cuius eædem at innumeræ ferè exiſtunt partes, ſed puncto potius, & centro uideatur intelligere. At neq́;, ut ubiq́; partibus ſaltem fiat, quando uniuerſum ubiq́; ſimul eſſe non poteſt, ueluti & intellectus, ſtultum enim cælum, quod corporeum exiſtens, incorporeo ſimile fieri ſtudeat, igitur non corpus, idq́; labore æterno, alienam nimirum operans operationem, nam ſi propria ſit motus, non aliam oportet ipſius inquirere, & afferre cauſam.

Cap. 46. Quoniam igitur propria cælum mobile uidetur natura, abſtracti, ſeparatiq́; atq́; immoti, nequaquàm quærendi, indagandiq́; ſunt motores

quos

quos intelligens, appetenſq; cœlum, & ipſis ſimile fieri ſtudens, mo tu circumuoluatur æterno, res non obſcura tantùm, & quæ neque imaginatione concipi queat, at quæ fundamento innitatur omnis lõ ge infirmiſſimo, & quod inſuper, quæ in libris de cœlo enuntiauit Ariſtoteles, ſuſtinere minime uelit, nihil enim æquè in illis conten dit, ut uiſum eſt, ac corpora omnia proprium, naturalemq; habere motum, nec cœleſtia modò ſummmè mobilia, at ipſam etiam ſummè immobilem terram. Is autem uel Ariſtotelis teſtimonio proprius ui detur, naturaliſq; motus, qui à propria rei forma, propriaq; natura, & à propria manat ſubſtantia. At inde præcipuè immotos uena tur Ariſtotiles motores, quòd nimirũ, omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, quod quidem mouens minimè moti ſit forma, propriaq; na tura, & ſubſtantia, at neque unum uideatur moto, ſed ab eo diui ſum, diſtinctumque, & omnino immobile, fuerit itaque operæ pre cium, quibus, ut peripateticis placet, demonſtrationibus, hoc aſtruat Ariſtoteles, exponere, atq; explicare, tum illas examinare, ut ueri tas, quam ſolam amplecti, & colere conuenit, eluceſcat. 8. phys. T. 27.

Omne quod mouetur, ab aliquo moueri manifeſtum eſt, inquit Ariſto teles, nam quæ contra naturam mouentur, manifeſtum habent aliud mouens à mouente, externa enim uis agat neceſſe eſt, ut contra na turam moueantur, quin & ex ijs, quæ natura mouentur, nonnulla itidem diſtinctum habent mouens à moto, ut animalia, quamuis enim non ab alio, neq; extrinſecus moueantur, diuerſum tamen habent mouens à moto, neque hoc omnino dubitare contingit, moueantur ab aliquo animalia, nec ne, conſtat ſiquidem ab anima moueri, ſed id inquiritur magis, quo in ijs diuerſa ſunt pacto mouens, motumque, uidetur ſiquidem ueluti in nauibus, & in ijs quæ minimè natura cõ ſtant, ſed arte, ſic & in animalibus, diuiſum eſſe mouens à moto, & propterea dicitur totum animal ſe ipſum mouere, quòd in ſe ipſo habet mouens, & motum, non quòd totum ſe ipſum moueat totum, Cap. 47. 8. phyſ. T. 28.

quod

quod uerißimè dictum, Ariſtoteli dicere nequaquàm licet, longißimè à proprijs remotum, diſſidenſquè placitis, nolenti omnino corpore animam uti, & corpori inſidere, ut nauta naui, id itaquè aſſerentes reijcienti, damnantiquè, at animal ex anima, corporeq; componẽti, ut è forma, materiaquè, quæ ubi coeunt, ita ipſi etiam coaleſcere uidentur, & unum fieri, ut nihil penitus in compoſito ſit uniuerſo, quod alterum ſit tantùm, aut non utrunquè, neceſſariò itaquè operationes nequaquàm ſolius eſſe animæ contendentis, ſed compoſiti omnes. Altera igitur deſerenda eſt Ariſtoteli poſitio, nequè enim utraquè ſimul ſtare poteſt, ſed altera interemit, tollitquè alteram. Non ſiquidem ſi corporis forma ſit anima, & anima mouet, diſtinctum eſſe in animalibus à moto poteſt mouens, nam forma à ſua eſſet diſtincta, ſeparataquè materia, & ſubiecto; nec ſi anima moueat à corpore diſtincta, diuiſaquè, corporis ſit forma anima, quæ nimirum cum ſua unum, ſiquid aliud eſt, materia. At eſto liceat Ariſtoteli ſui ipſius oblito, diſtinctam à corpore, ſeparatamquè ponere animam, non igitur corporis formam, at corpore animam, ueluti organo, & tegumento quopiam utentem, & ab ipſa moueri corpus, & illud hinc aſtruat, quod ſolum aſtruere poteſt, animalium nimirũ corpus nequaquàm ex ſe mobile ab inexiſtente moueri, impelliq; anima, & reliqua conſiderentur.

Cap. 48. Poſtquàm igitur declaratum Ariſtoteli uidetur, animalia etiam quæ per ſe moueri uidentur maximè, ab alio moueri, item & quæ ui, & præter naturam mouentur, Dubitare, inquit, contingit, à quò nam moueantur, quæ natura mouentur, non animata corpora, ueluti leuia, & grauia, hæc enim ad aliena quidem loca ui, & præter naturam, ab alio itaq;, ad propria, & naturalia natura, non igitur manifeſtum eſt, ueluti cum mouentur præter naturam, hoc, inquit, maximè dubitare contingit, moueri enim ignem ab alio ſurſum, abſurdũ uidetur, qui ſurſum ſecundum naturam mouetur, motus principium, exiſtentem,

ibidem.

29.

*exiſtentem, quando igitur in ſe motus habet principium, cur ab alio
dicemus naturalem moueri motum? At neque à ſe, uitale. n. hoc, &
animatorum proprium. Præterea & irrationabile uidetur, unam
tantùm moueri motionem, non & contrarias, ueluti & animalia,
quæ longè diuerſiſſimis mouentur motibus, quin & conſiſtendi potẽ
tia ineſſe ipſis oportebat, non itaquè aſcendere ignis tantùm, ſed &
deſcendere, & ſiſtere etiam poſſe motum, ſi per ſe, ut animalia mo
ueantur. Sibi ipſis præterea continua ſunt elementa, adeoquè copu* 30.
*lata, ut nullo diuiſa appareant genere, ſed eadem penitus ſemper, nõ
ut quæ ſe contingere dicuntur, talia autem quæ ſunt, quæ ſcilicet ea-
dem, atq; unum omnino, minimè à ſe ipſis pati poſſunt, quatenus
enim unum quid eſt, & continuum, & non contactu, impaſſibile
à ſe ipſo exiſtit, nam quod ſeparatum eſt, propterea hoc agere, pa-
ti illud aptum natum eſt, Neque igitur inanimorum, inquit, quæ na
tura mouentur, ullum ſe ipſum mouet, continua enim, & coniuncta,
neque aliud continuum ullum, ſed neceſſe eſt, in ſingulis mouens à
moto diuidi, & ueluti in inanimis uidemus, ubi animatum quid
ipſa mouerit.*

Non quidem non ex ſe ipſis moueri uideri debent ſimplicia corpora, neq; Cap. 49.
*in ſe ipſis motus ſui auctorem habere, ueluti & animalia, quòd non
ut illa multis mouentur motibus, at unico tantùm, & ſiſtere illũ haud
queunt, neq; enim cælum nihilo quàm animalia animantum Ariſtote
li uiſum minus, minuſq; in ſe ipſo motus ſui habens auctorem, uel mul-
tis moueri motibus uideri Ariſtoteli poteſt, uel à motu ceſſare; At
& ſumoperè mirari ipſum licet, id ex ſe moueri iudicantem, quod &
ſeſe mouendi, & ceſſandi itidem à motu in ſe ipſo principiũ habeat,
quod itaq; & natura moueatur, & natura immotũ fiat, unũ itaq;,
atq; idem ens, & contrarias operetur operationes, & contrarias ha
beat naturas, neq; enim multas una, & oppoſitas etiam ædat, Ari-
ſtoteli præſertim, cui nec motus quilibet, at unicus tantũ uni dandus,*

uidetur

uidetur corpori, eò igitur & motus, & immobilitas minus, uerè mo tui, ut declaratum eſt, contraria, oppoſitaq́;Mobile quod eſt, perpe tuò iuxta propriam operetur naturam neceſſe eſt, moueatur itaq́; ſemper, et à motu ceſſet nunq̃, & nunq̃ immobile fiat non corrup tum, & non à propria dimotum natura, & neq́; è contra immo= bile moueatur ullum uſquàm, niſi ab aliena impulſum ui, & in alie nam actum naturam, à motu igitur calorem omnia, & ipſa etiam aſ ſumit terra, at moueri prohibitus ignis nullo extinguitur temporis mo mento. Quælibet nimirum ſubſtantia ſuam habet operationem, et perpetuò illam operetur neceſſe eſt, ſine illa eſſe impotens, & ab ali is corrupta omnibus, ignis igitur moueri usq́;quàq́; ubilibet, & accen di, ſeruariq́; à motus, ab immobilitate corrumpi uiſus, uerè ex ſe mo ueri uideri Ariſtoteli debuit, at non animalia, ceſſare à motu conſpe cta interdum, uel illud magis, Nequaquàm ſcilicet ſimplicia eſſe ani= malia, & uere unum, ſed uerè è mobili, & ſeſe mouente compoſita, & ex immobili, at mota tantùm re, è corpore nimirum graui ſui na= tura, atq́; immobili, terreſtriq́; ad cognatam itaq́; terram procidente, & penitus facto immobili, à nullo ſubleuato, aut commoto ſpiritu, & è ſpiritu ipſo, ex ignea uidelicet, cæleſtiq́; ſubſtantia, quæ corpori in cluſa, & ſuſtinet ipſum, ſubleuatq́;, & quibusuult commouet moti= bus, ad propriam uidelicet tendens ipſe uniuerſitatem, & ſummè propria mobilis natura, ueluti & illa, quæ igitur non aſſiduè cũ cor= pore moueri uiſa, ſeorsũ ipſa moueri aſſiduè uideri debet, neq́; enim à motu ceſſare poſſe, occulti itaq; inquirendi erant ipſius motus, qui nequaquàm omnes indagantem latuiſſent, nequaquàm obſcuri om= nes, ut uidebitur, latentesq́;. Neq́; animalis igitur totius motus, ſed mouentis tantùm partis, & neq́; cum ſimplicium omnium, ſed cum ſolius conferendus erat ignis motu, qui nimirum ſolus uideri po= teſt mobilis, uniuerſus ipſe, & in proprio exiſtens loco, perpetuò cir cumuolui uiſus, non cum momentaneo terræ delapſu, & non uniuer

ſæ

ſæ proprio terræ, ſed partium modò à propria abſtractarum uniuerſitate, qui itaq; non proprius uideri queat, naturalisq;, ſed ab illis ædi tus propriæ inſerentibus uim naturæ, quò ad cognata delabantur, delatæ itaq; ad illa nullo amplius moueantur motu, at & ipſæ uelu ti terra uniuerſa perpetua gaudent immobilitate; Hæc *intuito* Ari*ſtoteli, & ſpiritus motus omnes, non eos tantùm, quibus circumpoſitum corpus loco dimouet, & neq; ignis partium à propria uniuerſitate ſeiunctarum momentaneas modò lationes, quibus ad illam conferuntur, ſed perpetuum uniuerſi ipſius in proprio exiſtentis loco motum, & conferenti eos ſimul, qui uerè erant conferendi, nõ alio à ſpiritu pacto moueri ignis uiſus foret, & uterq; ex ſe moueri, omnibus uterq; moueri aptus uiſus motibus, at eo tantùm aſſiduè motus, quo ſeruari optimè, atq; oblectari queat pulcherrimè, & neuter à mo tu ceſſans unq̃; Spiritus itaq; alieno in loco, atq; inter contraria geni tus, & in illis ſe ſeruare contendens, ſtudensq;, ad cognata elabi nec potens, nec uolens, retentus, reiectusq; à multis, propria ipſe natura mobilis, & omnibus moueri aptus motibus, omnibus itaq; motus, & oblectatus omnibus, ut ſuo amplius expoſitum eſt loco, multis mouetur, uarijsq;, quòd multa ſunt declinanda, & ſectanda itidem multa, & diuerſis utraq; poſita in locis, & longè itidem plurima, & motu illa peragenda omnia, et non omnibus usq;quaq; mouetur motibus, non omnibus usquequaq; opus habens, & neq; etiam potens, non ſe ipſum modò commouens ſpiritus, ſed circumpoſitum etiam corpus ſecum trahens graue, ac terreſtre, & propria immobile natura, à quibusdam igitur motibus ceſſet interdum neceſſe eſt, corporis mole oppreſſus, debilitatusq;, quod niſi fiat, ſi non omnibus usquequaq; moueatur motibus, incæptum certè ſiſtat nunq̃;, niſi quò decretum eſt, delatus, at neq; tamen penitus immobilis fit unq̃;, neq; enim ſer ueiur, à motu, à propria nimirum ceſſans operatione, ueluti neq; ignis, commouetur itaq; usq;quaq;, uel ubi in ſoporem deiectus, deſes*

apparet demortuusq́; , & arterias igitur uſquequaq́; attollit, depri-mitq́;, & thoracem dilatat, comprimitq́;, & alia operatur multa, & motu omnia, ut in eo declaratum eſt comentario, in quo corpus uniuerſum ab unica animæ ſubſtantia gubernari expoſitum eſt; nusq́; igitur quieſcere, & immobilis eſſe uidetur ſpiritus, at non unico, quod præſtaret moueri motu, quòd multis, ut dictum eſt, opus habet, & ijs itaq́; mouetur usquequaq́;, quibus usquequaq́; opus habet, Hoc *& ignis itidem facere uidetur nihilo, quàm ſpiritus minus, ubicunq́; igitur exiſtat aſſiduè moueri, & ſeruari uidetur motu, extingui im-mobilis factus, quòd nimirum propria orbatus operatione, propria or betur natura neceſſe eſt.* At *non libens alieno in loco, atq́; inter cõ traria immoratus entia, omnibus & ipſe moueri aptus motibus, ſer uatus itaq́; omnibus, recto moueri uult ſolo, quo ſolo, quod unum ex-petit, quæritq́;, quàm citiſſimè ad cognata deferri poteſt, nec motum hunc ſiſtit unq́;, à nullis retentus, reiectusq́; à nullis, & nulla aliena oppreſſus mole, & nunq́; à motu, à propria nimirum defatigatus ope ratione, & neq́; uel proprium opperiri malum, uel proprium non ſe ctari uolens bonum, quin motum aſſiduè concitat magis, màgis aſſi-duè alienorũ exoſus, pertæſusq́; contactum, & cognata appetens aſ*

C *ſiduè magis, at ad illa delatus non recto amplius, ſed circulari uſque quaq́;, quo usq́;quaq́; perenni moueri poteſt, inceſſanteq́;, atq; unifor mi, & in proprio loco, & in ſe ipſo, alienis, contrarijsq; nihil pro-ximior factus, neq; à ſe ipſo diuiſus, diuulſusq; quicquàm, longè om-nia mobili gratiſſima ſubſtantiæ.* Et *ignis igitur, & animalia mo-uens ſpiritus uſquequaq́; moueri uiſus, & ijs uſq;quaq; uterq; moti-bus, quibus uſq;quaq; opus habeat, & quibus ſeruari optimè, & ob lectari queat pulcherimè, uterq; ex ſe mobilis, & in ſe ipſo efficiens motus ſui principium habens uideri debet, & nihilo quàm ſpiritus ignis minus, aut alio omnino modo, multò certè quàm animalia ma-gis, uniuerſus ipſe uiſus mobilis, & uniuerſus ſe ipſum mouens, nulla*

ipſius

ipſius quieſcente, & mota tantùm parte, uerè itaq; ex ſe, non ab alia inexiſtente ſubſtantia, ueluti animalia; At neq; alio quàm terra pacto moueri uidetur corpus, quieſcente igitur, uel elapſo ſpiritu, concidit, & penitus immobile fit corpus, ueluti & terra ad proprium delapſa locum, terræ ſimile, cognatumq;, & neq; delabens ceſſat unq;, ueluti neq; illa, in alienis quieſcere impotens, fortè & ſeſe, ut dictum eſt, ſuſtinere haud ualens, neq; igitur ſimplicia alio quàm animalia moueri uidentur pacto, ſi ſimilium, & quorum conferri debet, conferratur motus, & neq; non ex ſe moueri illa, neq; in ſe ipſis motus ſui habere auctorem, ueluti & animalia, quòd unico Ariſtoteli moueri uidentur motu, & illum ſiſtere haud poſſe, ſed mobilia, quæ ſunt, ueluti illorum motor ſpiritus, uerè ex ſe moueri uiſa, & eodem quo ſpiritus pacto, illis ſimilis, cognatusq;.

At neq; quod continua exiſtentia ſimplicia corpora, maximèq; ſibi ipſis unita, non in agentem, patientemq; diuiſa ſunt partem, quàm longiſſimè enim abeſt motus, ut paſſio uideri queat ulla, proprius qui exiſtit, naturaliſq;, non modò nihil quod mouetur à propria immutans ſubſtantia, at neq; è proprio quicquam loco, neq; enim locum mutare uidentur, quæ circumuoluta quantumuis, in proprio usquequaq; exiſtunt loco, at neq; ſi id fiat, nihil autem motorum ſubſtantia immutetur, paſſio uideri debet motus, quid enim pati dicas ens, aliud immutatum nihil, at à proprio tantùm dimotum loco? qui propterea fortè ſua quæ continet ſeruare uidetur quilibet, quòd cognata tantùm continet, ſimiliaq;, quæ ſeſe mutuò fouent, ſeruantq;, & propterea fortè ad proprium deferri uidetur quodlibet locum, quòd ad cognata fertur, ſimiliaq;, ferrum itaq; à proprio recedit loco, & immobile, uel motu ad medium gaudens, ueluti naturæ inferens uim, ad ſuperpoſitum aſcendit magnetem, ad cognatam nimirum, ſimilemq; rem, nihil igitur motorum immutans ſubſtantiam, at perficiens illam, & ſeruans magis, nequaq; paſſio ulla uideri debet motus, proprius Cap. 50.

ut dictum eſt, qui exiſtit, naturaliſq́; is ſi libet paſſio quantumuis Ariſtoteli uideatur, & agente, pacienteq́; habere opus, qui ab externa fit ui, cum operatione aliena alienam quoq́; inferens naturam, corrumpitur itaq́;, & à propria dimouetur natura immobile quodcunq́; agitatum, cōmotumq́;, at neq́; in aliud actio apparere poteſt motus, nihil aliena immutans quicquam, non ſiquidem quantumuis commotum ens, eò quòd mouetur, in proxima agit quicq́; non ſecum illa commouens, rapienſq́;, & alienā illa cogens operari operationem. Operatio itaq́; appareat motus, quam à ſe ipſis, & in ſe ipſis operantur entia, nulla externi ullius actione, & neq́; paſſione, aut opera omnino indigentia ulla, neq́; in agens ipſa diuidi, patienſq́;, et ſola fortè, nobiliſſima certè, maximèq́; ſuprema, & rectè cœlo ipſi ab Ariſtotele aſſignata, cui ſenſum adimit, ut præſtantiſſimo indignum animali, quæ igitur & ſuprema, & ab omni penitus immunis paſſione uideri Ariſtoteli debeat, diuiniſſimo, penituſq́; inalterabili data enti. Multò igitur quam animalia magis ex ſe moueri uideri debent ſimplicia, moueri aſſiduè, ut dictū eſt, uiſa, & maximè ſimplicia, maximèq́; ſibi ipſi unita, atq́; unum, nequaquàm è diuerſis, & è mouente tantùm, & è tantùm mota compoſita partibus.

Cap. 51. At age ſatis etiam reiectis, reor, rationibus, quibus non ex ſe moueri ſimplicia contendit Ariſtoteles, quod ipſis alienum uenetur, ſeparatumq́; mouens, conſideremus, num uerè aliud ab aſcēdentis ignis exiſtat ſubſtantia, & num uerè illum moueat, à quo igitur non motus, non moueatur ignis amplius, & num huiuſmodi etiam cœlo aſſignari queat. Cōtingit & hæc, inanima ſcilicet, inquit Ariſtoteles, quæ

32. natura mouentur, ab aliquo moueri ſemper, fiet autem manifeſtum, cauſas diuidentibus, Mouentium, itaquè inquit, hæc quidem præter naturam mouētur, mota & ipſa, quæ ſcilicet non ob id mouent, quòd propria ſint motiua natura, ſed aliena ui, atquè extranea, ueluti ubi claua ferrea lapidem mouet, non enim quà ferrea, nequè quà grauis

neque

*neque omnino à principio intrinſeco, ſed extrinſecus uim mouendi
accipit, hæc autem natura, ueluti quod calidum eſt, motiuum eſt eius,
quod potentia calidum exiſtit, nam calidum actu, quotiens calefacit,
proprio motu, & propria calefacit potentia, & mobile item natu-
ra ſimiliter, quod potentia calidum eſt, per ſe & non per accidens.
Ignis igitur, inquit, & terra ab aliquo mouentur ui quidem, cum præ
ter naturã, natura autẽ ubi ad proprias ipſorũ actiones, potẽtia exiſtẽ
tes, ubi ſcilicet actu fiunt, quod poteſtate prius erant, leue enim è gra-
ui fit, ueluti aer ex aqua, at factus aer, niſi quid obſtet, ſtatim pro-* 32.
*prio moueatur aeris motu, ab eo igitur mouetur aer, à quo aer eſt fa-
ctus, & aeris datus natura: Manifeſtiſſimam, reor, negare ueritus
Ariſtoteles rem, ignem nimirum ſurſum natura ferri, qui à nullo com
motus, incitatus à nullo, ſponte ſua, ſuoquè id facere uidetur ingenio,
poſitionis tenax alienum quod potuit mouens, & qua potuit addu-
xit ratione, non igitur quod genitum, conſtitutumquè moueret ignem,
cui tale nullum attribuere poterat, manifeſtè ſponte ſua, & à ſe ipſo
aſcendenti, igni igitur nondum actu, ſed potentia exiſtenti, nec quod
ipſum uerè moueret, aut moueret omnino unquam, ſed quod poten-
tia exiſtentem, actu ipſum faceret, quod nimirum in ignem lignum
uerteret, quia enim dum potentia ignis, dum ſcilicet lignum exiſtit,
nunq̃ ignis mouetur motu, at ubi è ligno ignis eſt factus, niſi quid ob
ſtet, ſtatim, ab eo moueri uideri poteſt, à quo è ligno ignis eſt factus,* i
*& ignis forma datus, à quo enim formam habet, & actum, &
motum formæ illius habere uidetur, & propterea igitur ab alio, quòd
ab alio fit, nequè enim ſe ipſum conſtituere ignis poteſt, & quoniã
inſuper factus etiam, conſtitutuſq; , at ab aliquo coercitus, retentus-
què moueri haudquaquàm poteſt, ab eo etiam moueri uideri quoquo
poteſt pacto, à quo, quod ne moueatur impedimento eſt, remouetur,* 32.
*licet ex accidente, nequè enim è remotiore potentia, actu mobilem
facit, ueluti generans, ſed è proximiore, & quæ ueluti media eſt,*

inter

inter potentiam, actumquè, quæ igitur actui proxima, et iuncta actui, ex ſe in actum exeat, à nullo retardata, retentaquè, non igitur ſeſe mouendi facultatem, naturamquè præbens igni, ſed remouens tantùm, quod proprium illius impedit motum.

Cap. 42. *Non uerè igitur ab alio, ſed à ſe ipſo, & à propria natura, propriaq́; forma ad proprium moueri locum ignis Ariſtoteli uidetur, at qui ab alio itidem moueri uideri, & dici queat, quòd ab alio generatur, & quòd itidem ab alio, quod ipſius proprium impedit motum, remouetur, neq́; enim dum non eſt ignis quid, uel etiam ignis exiſtens, at coercitus, retentusq́; ab aliquo, ignis moueatur motu, ab alio itaq́;, quòd ab alio è ligno, ex immobili nimirum, aut nequaquàm ignis motu ferri apta re, ignis eſt factus, ea uidelicet forma, eaq́; datus natura, cuius propria operatio is exiſtit motus, non quòd uerè ab alio moueatur. At neq́; aliter uideri queat, non ſiquidem generans locali mouere motu quid, at propria tantùm dare queat forma, propriaq́; ſubſtantia, & ſui omnino ſimile facere, hoc facto nihil quod genitũ eſt, conſtitutumq́; immutare amplius apparet generans, nec mouere omnino quicquam, nihil ulterius eius ope, aut opera indigens, & nihil ulterius tribuere ipſum potens, propria natura, & uiribus, quas habet, dato omnibus, quod igitur nihil à generante contactum amplius, & neq́; præſente, aut exiſtente etiam generante, quæ generans poterat, operetur illa omnia, alia nulla unquàm, at multò etiam minus impedimentum remouens mouere ipſum uideri queat, quod aliud egit nihil, at ſubtraxit tantùm, quod proprium prohibebat, naturalemq́;, ut dictum eſt, motum, & ipſi igitur Ariſtoteli, eſt ut mouere uideatur, & eſt ut, non ſed ſecundum accedens tantum; Summopere itaq́; mirari licet enuntiantẽ ex ijs Ariſtotelem mobilia, quæ*
32. *ſunt entia, nequaquàm efficiens motus ſui in ſe ipſis principium habere, nec faciendi omnino, ſed patiendi tantùm, & illud inſuper, omnia uidelicet & quæ natura etiam mouentur, non à ſe ipſis, ſed ab al*
33. *quo*

quo ab ipſis ſeparato moueri & ipſa, ueluti quæ ui, & præter naturam. Primùm enim paſſim formis actiones tribuens Ariſtoteles omnes, & omnes manare à formis aſſerens paſſim, & hoc à materia differre formas, quòd agere hæ, pati tantùm illa queat, ſui oblitus uideri poteſt, ſtertentes faciens, deſidesq; formas, nihil agentes, at patientes tantum, huiuſmodi enim uideantur, & ſint omnino, ſi ignis non efficiens ſui motus, neq; faciendi omnino habeat principium, ſed patiendi tantùm. Tum nuſq; à ſeparato ullo, aut ab alio omnino, quàm à propria natura, quæ natura mouentur, moueri oſtendit Ariſtoteles, admonere eſt uiſus modò, nequaquàm ignis motu moueri poſſe lignum, priusq; è ligno ignis ſit factus, & neq; factum etiam ignẽ, at coercitum ab aliquo, retentumq;, niſi amoueatur, quod naturalẽ impedit, propriumq; ipſius motum, Ignis, inquit, & terra, ab aliquo 31.
mouentur uiolentia quidem, cum præter naturam, natura autem cùm ad ſuas ipſorum proprias actiones, ubi uidelicet actu fiunt, quod ante poteſtate erant, & proprias accipiunt actiones, quæ à propria manant ſubſtantia, non igitur à generante uſquam locali moueri illa motu declarat Ariſtoteles, ſed ea dari natura, eaq; forma, cuius propria actio is exiſtat motus. Vbi inquit, è graui leue factum eſt, confeſtim operatur, niſi quid obſtet, à ſe ipſo nimirum, & proprijs uiribus, & quod prohibens dimouit, eſt inquit, ut moueat, eſt uerò ut non, ſed ſecundum accidens; quod nimirum aliud præſtat nihil, at impedimentum remouet tantùm, & ueluti in facultate ponit iuxta propriam operandi naturam. Quæ igitur potentia exiſtant quid, actu ab alio fieri declarat Ariſtoteles, at actu facta nequaquàm à generante locali illa moueri motu, quod demonſtrari oportuit, ab alio moueri omnia enumeraturo, neq; enim id mouens hic inquiritur, quod lignum in ignem uertit, ſed quod ignem actu exiſtentem locali moueat motu, hocq; ni fiat, nequaquàm non à ſe ipſis, ſed ab aliquo ſeparato, diſtinctoq; moueri omnia, & quæ natura

etiam

etiam mouentur enuntiet Ariſtoteles unquàm. Nequaq; igitur tot diuiſionibus, apparatu tanto, aliud à propria natura, propriaq; forma aſcendenti igni indagauit Ariſtoteles mouens, at, ut dictum eſt, id admonuit tantùm, oportere nimirum actu ipſum exiſtere, & ab impedimēto inſuper liberatū, quæ quoniam per ſe nequaquàm poſſe uidetur ignis, neq; enim ſe ipſum conſtituere, aut quæ proprium ipſius impediunt motum, amouere uſquequaq;, à generante moueri, & à remouente prohibens uideri poteſt. At non hmōi, ut dictū eſt, propoſitum erat alienum inuenire, ſeparatumq; mouens, ſed à quo uerè, & locali moueretur actu exiſtens ignis motu, ueluti à proijciente proiecta, & ab anima animaliū corpora, nequaquàm ipſorū exiſtente forma, ſed ſeparata ab ipſis, diſtinctaq;, & nautæ more inſidente ipſis, à quo itaq; non amplius commotus, impulſusq; non moueatur ignis amplius, id.n. euenire oportet ijs, quæ non à ſe ipſis, ſed aliena, atq; extranea mouentur ope, quod facere nequaquàm uidetur ignis, ſponte motus ſua, nihil à generante impulſus, aut contactus omnino; neq; igitur alia ulla, quæ natura mouentur non ex ſe ipſis, ſed ab aliquo moueri enuntiet Ariſtoteles, ſeparato ab ipſis, diſtinctoq;, & multò cœlū minus, nullū habens prohibens, neq; igitur remouens illud nullū, & nullū itidem generans, cui itaq; à propria natura aliud nullū adijcere queat Ariſtoteles mouens, at reliqua proſequamur, et quale motiuum, à quo motus prouenit, eſſe oporteat inquirentem audiamus.

Cap. 53. T. 34. 38. & 49. Quoniam, inquit, declaratum eſt, omne quod mouetur, ab aliquo moueri, ne in infinitū procedatur, neceſſe eſt deuenire ad primū mouens, quod ab alio non moueatur, ſed ſe ipſum moueat, aut immobile ſit, aliter enim in infinitū fieret proceſſus. Per ſe igitur mobile id erit omnino, cuius pars altera moueatur, moueat altera, non autem moueatur, aut quod totum ſe ipſum moueat totum. At hoc, inquit, demonſtrabitur contingere non poſſe, quomodo enim uel imaginari

ginari poterit quis, eodem motu deferre, deferriq́; aliquid, alterare alterari, docebit igitur, & diſcet eandem rationem, eandem ſanitatem curabit, & curabitur, Præterea quoniam determinatum eſt, omne quod mouetur potentia id eſſe, ad quod mouetur, quod enim caleſcit, potentia erat calidum, & quod frigeſcit, potentia erat frigidum, at omne mouens actu iam eſſe, quatenus mouet, per ſe igitur mobile, quod ſcilicet totum à toto mouetur, ſimul & potentia, & actu eſſet ad idem, potentia quidem quatenus mouetur, actu uerò quatenus mouet, igitur perfectum ſimul, & inperfectum, & calidum, & frigidũ, calidum igitur, & non calidum, quæ cum abſurdiſſima ſint, reliquũ
eſt, ut per ſe mobile id eſſe dicatur, cuius pars mouet tantùm, pars 42
tantùm mouetur, & quæ mouet, ut ſit ipſa penitus immobilis, quæ mouetur moueat interdum aliquid extrinſecus, interdum moueatur tantùm, quod in animalibus uidetur facillimè, quæ per ſe mobilia sũt, quo definitum eſt modo, & eſt in ipſis mouens anima, immobilis ipſa, ab anima motum corpus, non amplius mouens ſemper, at interdũ
tantùm. Quin & inde, inquit, ſi non neceſſariò, rationabiliter ui 37.
deri queat immotum oportere eſſe quod mouet, quoniam enim eſt quod mouetur tantùm, & eſt quod mouetur, & mouet, & id itidẽ eſſe rationi eſt congruum, quod mouet tantùm, & non mouetur, quòd nimirum ubi componentium quid per ſe exiſtit alterum, & alterum per ſe exiſtere oportet.

Satis & hæc, ex ijs quæ dicta ſunt, reiecta reor omnia, quæ nimirum om Cap. 54.
nia ab alio moueri quæ mouentur, & pati omnino ſupponunt, fortè & quod quæritur inſuper, at reijcere tamen amplius, & eadem repetere ne grauemur, fortè enim ſæpius eadem repetita, tractataq́;, manifeſta fiãt magis, at & erroris cauſa manifeſtetur magis, ſi quod quæritur ſupponi interdum oſtendatur, age itaq́; hoc examinetur primùm. Propterea uel imprimis ab alio moueri quæ natura mouentur iudicanti Ariſtoteli, quòd impoſſibile uidetur idem mouere, &

moueri, & deferre, deferriq́;, ueluti & calefacere & calefieri, & agere omnino, & pati, & immobile oportere eſſe mouens declaranti, quòd exiſtente quod mouetur tantùm, & eo itidem quod mouet, & mouetur, id etiam eſſe rationi ſit congruum, quod mouere queat tantùm, diuerſa in ijs etiam quæ natura mouentur moueri, & mouere uideri Ariſtoteli *manifeſtum eſſe, & hoc ſupponenti diſtinctum à moto declarari mouens, quod quæritur itaq́; ſupponi, in quibus ſiquidem mouere, & moueri diuerſa ſunt, ueluti in animalibus, in mouens, & in motum diuidi illa ſumma eſt neceſſitas, neq; enim idem ſecundum idem & moueat, & moueatur, & agat itaq́;, & patiatur, diuerſa igitur illa ſupponens, ut dictum eſt, quod quæritur, mouens nimirum à moto diſtinctum eſſe, ponit non igitur ſupponendum id erat, ſed declarandum, & non aliunde reor, ſed uel è partiũ diuerſitate, uel è motus ceſſatione, non ſiquidem diuerſarum eadem ſit aut ſubſtantia, aut operatio, at neq; ſimplex, atq́; unum, quod à propria interdum ceſſat operatione, ſummè igitur ſimilarem intuitus* Ariſtoteles *ſublunarem aerem, & nunq̃; ceſſante delatum motu. nequaquàm in mouentem diſtinguere, & in motũ queat partem, & neq; igitur mouere, & moueri diuerſa in illo.* Age *uerò, ut res manifeſtetur magis, ſingula, quod maximè conuenit, maximèq́; eſt neceſſarium, ſuis proprijs appellentur uocibus, non amplius itaq́;, & quæ ex ſe ipſis, & natura mouentur, & quæ itidem natura ipſa immobilia ab aliena agitantur ui, moueri utraq́; eodem dicantur pacto, paſſiuè nimirum utraq́;, ſed quæ natura mouentur actiuè, ex ſe ipſis mota, & ſe ipſa mouentia, & alia interdum ſecum trahentia, paſſiuè, quæ ab aliena impelluntur ui, & patiuntur omnino, uel illud magis, ea nimirum moueri tantùm, quæ ex ſe ipſis, & natura mouentur, impelli illa, quæ ab alio agitantur, & impellere igitur, quæ alia agitant,* His, *diſtincta quæ ſunt, diſtinguenti uocibus, unũ idemq́; ſecundum idem impelli, & impellere penitus uideatur impoſſibile,*

ſibile, ſed quodcunq́; impellitur impellente opus habere, ueluti quod cunq́; patitur agente, at non quæ natura, mouentur, & cõtinua exiſtũt in quibus mouere, & moueri penitus idẽ uidetur, nequaquàm ab alio moueri uiſis, at à ſe ipſis, & neq́; è diuerſis conſtitui partibus, uocum itaq́; forte inopia, mouere, & moueri diuerſa in ijs etiam, quæ ex ſe ipſis mouentur, & diſtinctum in ijs mouens oſtendit à moto, quia.n. moueri hæc dicuntur, ueluti quæ ui, & paſſiuè mouentur, diuerſa in illis itidem mouere, & moueri uidentur, & propterea in mouentem diſtingui oportere, & in motam partem, & è motorum tantùm, & mouentium, motorumq́; commiſtione immotum exoritur Ariſtoteli mouens, quale nullum uideatur ſuis proprijs ſingulas res appellanti uocibus, eo nimirum exiſtente quod impelli tantum queat, & eo itidem quod impelli, & impellere, colligere hinc liceat quidẽ, et id etiam eſſe poſſe, quod impellere tàntùm queat, at nequaquàm immotum tamen, quin motu delatum longe uelociſſimo, & quo reliquorum omnium fugere motus queat, atq́; ictus, quod ſi libeat rem in aperto ponere etiam magis, ipſas intueamur res, & quo à ſe ipſis differunt illæ, eo illas diſtinguamus, diuidamusq́; pacto, in mobiles uidelicet, atq́; in immobiles, hoc facto id tantum uidere erit, reor, immobiles nimirum à mobilibus commoueri, impelliq́; interdum, & mobilium è contra, cohiberi retineriq́; interdum ab immobilibus motum, immobile quod eſt, immotumq́; aliud impellere, nec uidere eſt unq̃; & neq́; imaginari unq̃; queas, non ſui deſiderio impellens, aut odio, quod mouens hic non quæritur, & ne inquirendum uidetur, aut declarandum omnino, quis enim neget quæ ob impulſum mouentur, ob immoti alicuius moueri interdum appetitum. Ipſas igitur intuenti res, et eo diuidenti pacto, quo natura diuiſæ ſunt, & ſingulas ſuis proprijs appellanti uocibus, non una eademq́; ſummè inter ſe diſſimiles, contrariasq́;, quod immotum uerè moueat, & uerè efficiens ſit motus cauſa, nullum uideatur omnino uſpiam, nullum exi

ſtens, & eſſe omnino impotens. Quæ igitur ex ſe ipſis mouentur, tota ſe ipſa mouent tota, quòd nimirum idem in iis exiſtit mouere, & moueri, & horum motus non paſſio uideri ulla poteſt, quæ ut fiat agente etiam opus habeat, Fortè & nihil æquè mirari Ariſto= telem licet, ac eandem & motui, & alterationi aſſignantem ratio nem, motum itaq; idem alterationi facientem, cui nihil ille penitus cō mune habere uidetur, res immutanti, minimèq; in propria natura eſ ſe ſinenti, & agente igitur patienteq; opus habenti, à ſolo æditus o= perante motus, nulla externi ullius, uel paſſione indigente, uel actio ne, uel ope omnino ulla, & nequaquàm à motu immutato, aut paſ ſo unq̃, ſed perfectò magis, & non in propria modò natura, ſed in proprio etiam ſeruato loco, ad ipſum actum, ſi ibi haud exiſtat, ibi exiſtens nunq̃ inde dimotū, quod etiam ſi fiat, aliud immutetur ni= hil, non propterea ueluti quæ alterantur, actu fieri à motu, quod po= tentia erat prius enuntiare Ariſtoteli liceat, eoq; actu, quem ut conſe quatur alio opus habeat agente, neque enim eius immutatur ſubſtan tia, ut dictum eſt, aut ab aliis paſſum quid locum mutat, aut aliorum uſum opera, ſed ex ſe ipſo, & propriam operans operationem, quæ non aliud quicquam, at loci exiſtit mutatio, ſi quæ in ſe ipſis, & in proprio circumuoluuntur loco, locum mutant, ut placere Ariſtoteli ui detur, nusq̃ ab illa deſatigatum, aut immutatum quicquam, ſed in propria ſeruatum natura, & robur uiresq; adeptum, & corrumpa tur ſi ceſſet ab illa, ut ſi quòd locum mutat, id fieri actu uidetur, quod potentia erat prius, in propria ſe ſeruare natura, corrumpi ſit, & à natura recedere, hoc enim patiuntur entia, quæ potentia quod uis exiſtentia, actu id fiunt, illud adipiſcuntur, quæ mobilia exiſten= tia mouentur usq; quaq;, & locum itaq; usq; quaq; mutant. Per ſe itaq; mouetur, quod propria eſt mobile natura, & totum ſe ipſum mouet totum, à propria motum forma, quæ ubi materiæ coit, ita unū illi fit, ut uel Peripateticorum teſtimonio nihil magis ſit unum, nihil

itaq;

itáq; in compoſito inuenire liceat ullo, quod alterum ſit tantum, uel non utrunq; ſimul, nequaquàm igitur operatio ulla ſolius ſit formæ, quæ nullibi ſola, & per ſe exiſtit, ſed compoſiti omnes. N*eq; igitur mouens tantùm ſeorſum ulla appareat pars, eáq; immota, nec mota tantùm ulla ſeorſum, ſed æquè omnes mouentes, et motæ æquè omnes,* A*t néq; imaginari queas alio fieri poſſe motum pacto, ut ſcilicet immota altera pars moueat tantùm, moueatur tantùm altera, uidetur hoc inquit, in animalibus apertiſſimè, at mihi quidem nihil æquè obſcurum uidetur, non inquam ſi compoſitum ſit animal ex anima, & corpore, ut è materia, & forma, qualia in mouens, motumq; diuidi, & ſeparari nullo poſſunt pacto, ſed ſi anima etiam corpori inſideat ut nauta naui, ut hic* A*riſtoteli placere uidetur, & placeat neceſſe eſt, ſeparatum, diſtinctumq; enuntianti mouens à moto, quid enim inintelligibile magis, ac brutum per ſe, ſtupidumq; corpus, & ſui natura graue, terreſtreq; atq; immobile ab incorporea, immotaq;, & tantùm uolente, atq; intelligente moueri anima, uel alterari omnino quicq;, & ſingula* A*riſtotelis hoc aſtruentis dicta ea, ut ſuo expoſitum eſt loco, exicipiunt difficultates, quas euadere, atq; explicare nuſq;* A*riſtoteles queat, quæ, ſi ab inexiſtente illud, ut nobis placet, et moto moueatur, & circumferatur ſpiritu, nullæ occurunt uſpiam, & ipſis penè occulis, quo motus fiat intueri liceat pacto, qui ueluti* A*riſtoteli placet, æditus, nulla concipi queat imaginatione.* N*equaquàm igitur ex ijs, quæ ſenſu percipiuntur, qbus ratio omnis initatur ſumma eſt neceſſitas, alio à ſe ipſo, & incorporeo, immotoq; motore, à quo moueatur opus habet cælum, ſed ſatis ſibi eſt ipſum, & propria natura ſatis.* n

A*t néq;, ut ſemper moueatur corporeum finitumq; exiſtens cælum, in corporeo opus habet, immotoq; motore, à quo longè potentiſſimo, penitusq; immutabili ſeneſcens, aut ueluti dehiſcens reſarciatur cælum, aut ab aſſiduo debilitato motu robur ſubminiſtretur, aut dirigatur* Cap. 11.

motus,

motus, nam ipſi imprimis Ariſtoteli nunq; ægrotare, ſeneſcere nunq; uidetur cælum, & à propria operatione ſeruari, & robur ſumere entia, Non ſcilicet ut æterno, atq; infinito tempore ſit quid, & tẽpore infinito iuxta propriam operetur naturam, incorporeum, uel infinitum eſſe oportet, uel alio huiuſmodi opus habere, ſed quantuſlum exiſtat cunq;, à contrario modò nihil patiatur, immutetur nihil, per ſe æternum ſit illud, & nunq; à propria ceſſet operatione, nullius, ad illam edendam opera indigens, aut ope; Finitnm itaq; exiſtens cælum, at à contrario paſſum nnllo, infinito ſit tempore, & à motu ceſſet nunq;, nunq; à propria defatigatum operatione, at ab ea præcipuè in propria ſeruatum natura, & iuxta illam operandi uires aſſiduè & robur ſumens.

Cap. 56. *Neq; igitur ut moueatur, neq; ut ſemper moueatur ſeparato, atq; incorporeo opus habet cælum motore, ſed ſatis ſibi eſt ipſum, & propria natura ſatis. Deum eſſe, & rerum omnium conditorem, non cæli motus, at is cæli motus, eaq; cæli à terra manifeſtet diſtantia, quibus, ut dictum eſt, pro uiſum uidetur, ut longiſſimè etiam exuperans terram Sol, nullam ipſius partem exurat tamen, & nullam non illuſtret, uiuificetq;, & nulli non ſua largiatur bona. Et ipſum per ſe cælum, longè maximum, longèq; conſpectum pulcherrimum; Et paulò reliqua entia quæuis minus, animalia præſertim, eorumq; conſtructio, & partium ſingularum uſus, hæc quæcunq; intuitus fuerit, quantũuis ferus, impiusq;, & ſtupidus etiam, nequaq; fortuitò, aut caſu cõſtructa ſuſpicari, aut queat aut uelit, ſed uerè diuino omnia conſilio. Hæc & Deum eſſe, & rerum omnium conditorem, ut dictum eſt, manifeſtare queant, ipſius ſubſtantiam, aut operationes alias inquirere, non arrogans magis, quàm ſtultum uidetur, ut quæ homini innoteſcere nullo queant pacto, quæ ſui ſciri uoluit, ea ipſe nobis manifeſtauit Deus, ijs contenti nequaquàm noſtris alia uiribus, noſtriſq; inquirere audeamus rationibus, longè animi noſtri aciem exuperantia,*

&

& longè lucidiora, quàm quæ humanus intueri queat occulus, ibi ſpero intuenda omnia, ubi corpore exolutus animus, ad ipſum, à quo eſt factus, euolarit Deum. At ad propoſitum reuertamur, neq; enim uel, Dei ſapientiam, bonitatemq;, & potentiam hic demonſtrandi, celebrandi admirandiq;, & adorandi eſt locus.

Quando igitur ſatis declaratum reor, ex ſe ipſo moueri cælum, quod reliquum eſt conſideremus, num ſcilicet non ſui ipſius gratia, & ob id moueatur cælum, quod propria ipſius operatio exiſtit motus, ſed ſeparatum quid, immotumq; ens intelligens, amansq;, & ſimile illi fieri, & illius conſuetudine frui appetens, ueluti & animalia, quæ ob inpulſum, & ob alicuius moueri uidentur appetitum, ut Ariſtoteli placet, & ſuornm longè optimis, longèq; præſtantiſſimis, hinc etiã Deum ipſum glorioſum indagantibus, Quòd nimirum ſi cæli motus continuus eſt, æternusq;, & ipſum ſit æternum oportet cælum, & animatum inſuper, æternum exiſtens, optimumq;, & motu delatum longè præſtantiſſimo, & id itaq; ſit neceſſe eſt, cuius deſiderio moueatur cælum, nam quæ per animam mouentur ob impulſum omnia, & ob alicuius mouentur appetitum. Et non æternum modò oportere eſſe huiuſmodi mouens, ſummèq; ſimplicem, atq; actu, æterni, continentisq; motus cauſam, ſed immotum itidem, iuxta rationem in phyſicis poſitam, & ſuperius à nobis examinatam, quòd nimirum eo exiſtente quod mouetur, & mouet, quale inerrans uidetur cælũ, ſuppoſitum uagum, erransq; ſecum rapiens, commouensq;, & eo quod mouetur, quale errans apparet, uagumq;, & id eſſe oporteat quod mouet tantùm, & non moueatur, altero enim, ut dictum eſt, è componentium quid per ſe exiſtente, & alterum per ſe exiſtere oporteat, quæ ratio, ueluti reliquæ omnes ab Ariſtotele ibi poſitæ, id indagaſſe uiſæ ſunt mouens, quod uerè moueat, & uerè efficiens ſit motus cauſa, non quòd ſui deſiderio moueat, & ut finis, & ſi hæc uera ſit, illud omnino oſtendat, non ſiquidem quod mouet, & mouetur,

Cap. 57.

Alex. 12. metaphys. T. 29. & ſequentib.

mouetur, è moto compoſitũ eſt, & eo mouente, quod ut finis, & ſui mouet deſiderio, ſed ex eo, quod uerè mouet, & uerè impellit; Nec *uerò eandem cæli motus cauſam efficientem, finalemq;* Ariſtoteli *ui deri dicant, manifeſtiſſimè aſſerenti, ab inexiſtente immota ſubſtã tia moueri cælum, ut ab amata, quod igitur ab alia moueatur ſubſtã tia neceſſe eſt, à propria nimirum anima, intelligente illam, atq; amante, appetenteq;, aliud enim diuerſumq; ſit amans, appetensq;, ab amato oportet, ac deſiderato, quod præſertim amati gratia opere tur quid,* At *age id conſideremus, num ſcilicet propriam operandi operationem, & ſui ſeruandi oblectandiq; gratia, & à propria for ma, ut nobis uidetur, moueatur cælum, an ab anima nequaquam, ut* Ariſtoteli *placet, cæli forma, & cum cælo, ut cum propria mota materia, (quo pacto neq; animalia, neq; aliud ullum moueri conten dit* Ariſtoteles, *& ſi ſit, nullus præterea uel efficiens, uel finalis cæ lo adyciendus ſit motor, tanto uterq; labore ab* Ariſtotele *inuentus, ſed ſatis ſibi ſit ipſum, & propria ut moueatur natura, & propriã operandi operationem, propriæq; conſeruationis appetitus, ſtudi umq;) at ſeparata ab illo, diſtinctaq;, & immota, nihilq; impellen te, at intelligente tantùm, appetenteq;, ueluti & animalia à ſuis, ut* Peripateticis *placere uidetur,* At *modus ante omnia explicandus erat, quo & cælum hoc moueri queat pacto,* Illa *enim, ut ſuo ampli us expoſitum eſt loco, moueri* Ariſtoteli *uidentur, ſpiritu ab anima appetente, uel auerſante quid, calefacto, frigefactoq; maiore itaq;, & minore facto, & propterea corpus impellere, & retrahere po tente, neruorum præcipuè uſo miniſterio, hæc nequaquã cælo euenire dixerit* Ariſtoteles, *ſummè ſimplici, ſummèq; uniformi, & nullis prædito organis, partibus diſtincto nullis, penitusq; inalterabili, mo dus itaq;, ut dictum eſt, ante omnia explicandus erat, quo à propria moueatur anima cælum, ſeparata à cælo diſtinctaq;, & immota in ſuper, & appetente tantùm.*

At

At neq́; ſi animalia reliqua ob impulſum, & ob alicuius interdum moueri uidentur appetitum, et cælum ad eundem moueri uideri debet Ariſtoteli *modum, illa enim propterea ipſi moueri uidentur, quòd declinãda ſint illis multa, & multa itidem ſectanda, quod euenire cælo nusq̃; dixerit* Ariſtoteles, *à nullo oblæſo, in proprio loco, & ſe ipſo exiſtẽti uniuerſo, & bonum omne in ſe ipſo habenti, quod itaq́; nihil quod declinare uelit propinquum habens, & nihil quod appetere queat remotum, nequaquàm ob alicuius appetitum moueri uideri queat, ſed quòd motus propria eſt ipſius operatio. At illud fortè dixerint, moueri nimirum cælum, quòd* Deus *ipſe glorioſus moueri ipſum uelit, uelle autem* Deum, *quòd ſummè bonus, quod boni præcipuum eſt munus, ſua omnibus communicare uelit bona, eſſe itaq́;, proprium* Dei *bonum, communicare, & largiri omnibus uolentem* Deum, *moueri uelle cælum, eius motu eſſe præbentem omnibus, libens autem moueri cælum,* Dei *glorioſi uoluntatem intelligens, &* Dei *bonitatis particeps, & ſimile omnino fieri* Deo *appetens, neq́; igitur ceſſare à motu unq̃;, ab amato motum incomprehenſibili, & uniuerſam eius bonitatem nunq̃; adipiſci potens; Hæc ſi dixerint, nulli non credita, aut ignota, reor, dixerint, nemo enim non ſummam* Dei *& intueatur, fateaturq́; bonitatem, & nemo itidem non omnia, quæcunq́;, in terræ, cæliq́; medio conſtituuntur, non à cælo è terra educta omnia, & nemo non quæcunq́; uult facere, potentem* Deum. *At* Dei *ſapientiam, bonitatemq́; in reliquis contemplatus, illud itidem intueatur ſimul, potentem quidem, quæcunq́; uult,* Deũ, *& mundum itaq́; ipſum uniuerſum è nihilo conſtituentem, non eo illum conſtituiſſe pacto, ut quæ operantur entia, ipſius noua aſſiduè indigeant uoluntate, ſed propria natura, & proprias operandi operationes à* Deo *ipſo data ſingula facultate, iuxta propriam ſingula operari naturam, nusq̃; non à ſummo* Deo *dependentia, & nusq̃;* Dei *conditoris ope non indigentia, at æquè ſingula, quorum igitur nullius non à pro-*

pria itidem natura, & non ſui ipſius, uel aliorum interdum agere, operariq; uiſi gratia, ea enim in ſingulis ipſius operibus conditoris noſtri induſtria elucet, ſapientiaq;, ut quod neceſſario eſt factum, conſultò, & melioris gratia uideri queat factum, & ſingularum operatio partium ad aliarum omnium, & ſingularum etiam ſpectare conſeruationem, ſingula itaq; animalium uiſcera, ſingulæq; partes proprium conficientes opus, & proprias ædentes actiones, non ſe ipſas ſeruant, oblectantq; modò, at reliquas adiuuant, & ſeruant etiã omnes, ſeruatæ & ipſæ ab omnibus, at nullis non propriam operantibus operationem; Nequaquàm igitur eorum gratia, quæ ab ipſo generãtur moueri uideri debet cælum, uel omnibus, quæ in cæli, terræq; exiſtunt medio, ab illius conſtitui, ſeruariq; uiſis motu, ſed Dei glorioſi id indicet ſapientiam, qui neceſſariò motum cælum, & ſui ipſius gratia, eo ipſum deferri inſtituit pacto, ut longè etiam maximũ, longèq;, ut dictum eſt, potentiſſimum, longè minimam, longèq; debiliorem, non exurat terram tamen, & longè plurima ex ea educat, & longè pulcherrima, at quorum gratia nuſq; moueatur cælum tamen, niſi neceſſarius, ſalutarisq;, & longè etiam iucundiſſimus ſit ipſi motus, & quo ut propria operatione ſeruatur, & oblectatur cœlum; ueluti alibi à ueritate coactus, edoctusq; ipſe itidem affirmat Ariſtoteles; Mouetur, inquit, cælum circulari motu, eſt enim ipſi bonum moueri, quam manere magis, quoniam operari magis, quàm non operari, æterno autem corpori conuenientiſſimus circularis motus, qui neq; principium habet, neq; finem, rectè ſanè; Non alia igitur inquirenda motus cauſa, quæ præſertim finis habeat rationem, non igitur aliud appetens, neq; alteri ſimile fieri ſtudens, neq; ullius conſuetudine frui quærens, ſed ob id mouetur cælũ, quoniã operari præſtat, propriam quidem operationem, nam aliena, & laborioſa eſt, & moleſta, & corrumpit deniq;, ut propria & conſeruat, & oblectat, in ea itaq; entia quieſcunt uniuerſa, eaq; contenta nihil præterea

rea

rea appetunt, & neq; appetere poſſunt, non ſui ipſius internitionẽ appetentia, atq; interitum; Et alibi, moueri cælum, inquit Ariſtoteles, quoniam propriũ m eſt ipſius opus, neq; hoc tantùm, at eſſe etiam propter motum. Singula, inquit, quorum opus eſt, eſſe operis gratia, Dei autem actio immortalitas, hæc autem uita eſt ſempiterna, quare, inquit, neceſſe eſt diuino uitam exiſtere ſempiternam, quoniam autem cælum tale, diuinum enim corpus, propterea habet circulare corpus, quòd natura circulo mouetur ſemper. Motus igitur iuxta Ariſtotelem cæli eſt opus, & propter motum inſuper eſt cælum, à propria igitur ſubſtantia, neq; ob alium finem mouetur cælum, at propriam modò operandi operationem gratia, quæ nimirum ab ente nullo externi alicuius opera, aut ope æditur, et finis eſt ẽti omni operãti; tũ alibi, Moueri, ĩquit, cælũ, quoniã bonũ appetit, ueluti & ẽtia omnia, illud autem motu conſequi, & propterea diuerſos orbes diuerſis moueri motibus, non enim iiſdem omnes poſſe bonum conſequi, pluribus itaq; quoſdam, quoſdam moueri paucioribus; nullis omnino terram, quia ſcilicet bonum conſequi non poteſt, èxemplo demortui iam hominis; Si propterea mouetur cœlum, quoniam bonum appetit, proprium nimirum, nec enim alienum appetit bonum, & ſi motu illud conſequitur, motus eſt propria cæli operatio, qua, ut dictum eſt, ſeruantur, & oblectantur entia, abſurdum porrò non moueri terram, quia bonum conſequi non poteſt, propterea ſi quidem non mouetur terra, quoniam motu bonum amitteret, propria ſiquidem terræ immobilitas, itaq; à motu, ab aliena uidelicet operatione corrumperetur, alienum adepta bonum, ab immobilitate igitur conſeruatur, & immobilitate gaudet, ſi quid ſentit, ſtupida terra, & propterea non mouetur, neq; moueri poteſt, At poteſt, & mouetur cælum, quoniam mobile exiſtit natura, & quoniam motu, propria nimirum operatione, proprium conſequitur bonum; Neq; igitur perperam Auerrois, cæleſtes, uidelicet, orbes à motoribus moueri, &

2. de Cælo T. 17.

2. de Cælo T. 64.

12. Metaph. T. 36.

ſui ipſorum gratia, & formarum inſuper materialium, propter ſe quidem, inquit Auerrois, orbes mouent motores, quoniam intelligunt quòd perfectio, & ſubſtantia eorum in motu, ſicut facit ille qui mouetur ad conſeruandam ſanitatem ſuam, mouet enim non propter finem acquirendum, ſed propter habitum finem conſeruandum, propter formas etiam materiales, quia intelligunt, quod propter ipſorum motum è potentia materiæ extrahuntur formæ, at propter hoc non primò, ſicuti propter propriam conſeruationem, ſed ueluti per conſequens; Propria igitur cæli operatio motus Auerroi uidetur, quo nimirum ſeruari uidetur cælum, neq; enim aliud, at propria tantum operatio uel ſeruet, uel oblectet entia. Cur non & illud? à propria uidelicet, moueri orbes naturà, propriaq; forma, non ab abſtractis, ſeparatisq; intellectibus, quibus nihil opus habeat, ut moueatur cælũ, ſi propria mobile exiſtit natura, & à quibus non tale exiſtens nequaquàm uolentibus tantum, aliud operantibus nihil, moueri queat cælum; Ex ſe igitur, & à propria natura, et propterea moueri uidetur cælum, quod propria ipſius operatio exiſtit motus, qua & ſeruantur, & oblectantur Entia.

FINIS.

fac. 1 prooem. PROAEMIVM PROOEMIVM
ver. 25. tam diu iamdiu
26 hinc hanc
5.prooe.23 nec ne

fac. 1 ver.	16	deſſidente diſſidente	Fac. 61 ver.	1	Peripatetici Peripateticis
	20	inetrimendi interimendi		13	oppoſitam oppoſitionẽ
	21	decertantq; decertant	62	18	apponi opponi
	33	patiatur potiatur	65	18	immerſes immerſas
3	1	mutò mutuò		21	actum tactum
7	12	ſtirpesq; ſtipesq;	67	11	longe à noſtris longè omnia à noſtris
8	9	obſtrictis obſtrictas	71	11	quam iis minus quam iis minus?
9	30	ipſæ ipſa	73	6	inquirin inquiri
11	6	vsq̃quaq;q; vſquequaq;	76	13	manere manare
13	4	vſquaq; vſquequaq;	77	24	inexiſtentia exiſtentia
	26	abſcuritas obſcuritas	80	28	muto mutuò
17	30	Sole ſolo	81	11	poterat poterant
19	7	media mediæ	82	11	duo duæ
	9	effectaq; effectæq;	87	10	magnum eſt adeſt magnum adeſt
	28	maltos multos		24	confeſtim confertim
20	22	a at	91	4	viſiam viſum
21	7	his is	94	1	iunguntur q; iunganturq;
22	7	valensq; valentiusq;	95	1	abſceſſus abſceſſu
23	19	magna magno	96	1	qai qui
27	24	Ariſtotele Ariſtoteles		17	conſtituentium conſtituentibus
	30	aliis diſplicet alii diſplicẽt	100	16	eductis educti
29	19	violeneter violenter	105	27	corpera corpora
30	3	debeant debent	107	3	effecta ſicca effecta ſunt
31	1	Cap. 31	108	11	terramq; aquamq; (ſicca
	11	Cap. 21 Cap. 32	112	22	placre placere
33	16	deteneriq; detineriq;	113	17	elaboraturq; elabaturq;
38	30	fieret fierent		28	commiſta commiſtæ
39	10	vi natura	120	3	valentibus valentius
43	2	argumentum argumẽto	121	11	abutente ab vtente
	29	operatione operationẽ	122	4	dixerint dixerit
46	24	Terræ Terra		10	prohibere cohibere
47	8	propriaq; proprioq;		30	terræ faciat torrefaciat
55	22	firma forma	124	25	gliſcrotide gliſcrotite

Fac.	ver.		
125	14	etiam	&iam
128	23	explicare	explicari
134	8	calore	calere
	21	aerii	atrii
136	3	reflaxu	reflexu
	26	ſpeciali	ſpeculi
137	8	intuerere	intueare
138	21	deſſedentes	deſerentes
	25	videatur	videantur
	26	vt plerumq;	plerunq;
140	13	ſibi	ibi
	19	lucem	luce
145	1	quod	quid
148	6	ratricinamur	ratiotina-(mur
155	12	motus	motu
158	20	dilatus	delatus
160	22	ſtatum	ſtatim
165	6	eſſe	eſt
	18	motum	motam
166	25	ab	ob
168	19	uobis	nobis
169	7	operationes	operatione

Cætera, quia leuiora viſa ſunt, lectoribus corrigenda relinquimus.